






PETER
SEABY
B





NUMMOPHYLACIUM
REGINAE CHRISTINAE,

QUOD COMPREHENDIT

NUMISMATA AEREA
IMPERATORUM ROMANORUM,

LATINA, GRAECA, ATQUE IN COLONIIS CUSA,

QUONDAM A

PETRO SANTES BARTOLO,

SUMMO ARTIFICIO SUMMAQUE FIDE INCISA
TABULIS AENEIS LXIII.

NUNC PRIMUM PRODEUNT CUM COMMENTARIO

SIGEBERTI HAVERCAMPI,

IN UNIVERSITATE LUGD. BAT. PROFESSORIS HISTORIARUM, ELOQUENTIAE, ET LINGUAE GRAECAE, UT ET ACADEMIAE ETRUSCAE CORTONIENSIS SOCII.



HAGAE COMITUM,

Apud PETRUM DE HONDT.

M. DCC. XLII.

MEDAILLES

DE GRAND ET MOYEN BRONZE

DU CABINET

DE LA REINE CHRISTINE,

FRAPPÉES, TANT PAR ORDRE DU SENAT, QUE PAR LES COLONIES ROMAINES, ET PAR LES VILLES GRECQUES:

GRAVÉES AUSSI DÉLICATEMENT, QU'EXACTEMENT D'APRÈS LES ORIGINAUX,

PAR LE CELEBRE

PIETRO SANTES BARTOLO,

EN LXIII. PLANCHES, EXPLIQUÉES PAR UN COMMENTAIRE

TRADUIT DU LATIN DE

SIGEBERT HAVERCAMP,

PROFESSEUR EN HISTOIRE, EN ELOQUENCE, ET EN LANGUE GRECQUE DANS L'ACADEMIE DE LEIDE, ET MEMBRE DE L'ACADEMIE DE CORTONE EN TOSCANE.



A LA HAYE,

Chez PIERRE DE HONDT.

M. DCC. XLII.



ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

D. CAROLO DE PERTUSATI,

COMITI DE CASTELFERRO ETC.

CONSILIARIO INTIMO STATUS

SERENISSIMAE

REGINAE HUNGARIAE,

ET BOHEMIAE ETC.

MAGNO CANCELLARIO,

ET

SENATUS MEDIOLANENSIS PRAESIDI

ETC. ETC. ETC. ETC.

Arduas *Parnassi* rupes, & *Heliconia* juga tenere *Musas*, non vero in planis, patentibusque pratis habitare finxerunt veteres, ob eam fortasse rationem, quod indicare voluisse vi-

* dean-

deantur, ingenti Labore Artes atque Doctrinas esse comparandas. *Apollinem* vero, cujus in coelo sublime sidus & coruscum, earum Ducem & Praesidem constituentes, beata illa tempora significarunt, quibus *Illustres, Principesque Viri* studiorum tutelam suscipiant, suumque in *Musas* amorem, Doctrinarum & Artium patrocinio declarent. Noverant enim foveri maxime, si qui eas colant, atque protegant, Illustri sint in loco positi, caeterisque praestent; quippe qui, vel exemplo, vel auctoritate ad arduum tempus vires, animumque sufficiant.

Haec Illustrissime, atque Excellentissime Comes, cùm de dedicandis sumtuosis hisce laboribus meis cogitarem, sponte sua menti occurrebant, statimque cognovi deberi Tibi, qualecumque sit, hoc obsequii, & clientelae nostrae futurum monumentum, quod Generis Nobilitate, Illustrium Cognationum nexibus, Fortunarum amplitudine, Dignitatum splendore, Doctrina, Prudentia, & Morum suavi gravitate, veluti alterum inter *Musas Apollinem* exhibeas, tantoque illarum amore flagres, ut inter eas natus, atque nutritus jure merito praediceris.

Quod si a rerum gerendarum Peritia in Republica sis existimandus, primas nemo Tibi negaverit; quod ab *Italia* Tua in penitiora Augustissimi olim Imperatoris Caroli VI. consilia vocatus, longo Virtutis experimen-

mento Imperialem Aulam, totamque fere Germaniam in admirationem Prudentiae Tuae convertisti.

Operosum foret ire per singula, neque ex longinquo facile enumerare licet sacros Eruditionis omnis & venerabilis Antiquitatis, quibus beata TIBI resplendet Domus, Thesauros. *Ibi mirandi operis Vetera visuntur Signa, & Statuae, Phidiacas, Praxitelis, & Lysippi imitata manus. Non omnino periit ars vestra, Apelles, Polygnete, & Zeuxi, & si qui estis alii, quos inimitabili penicillo praestantes admiratrix sui laudibus ad coelum evexit Antiquitas. In* MUSEO EXCELLENTISSIMI COMITIS PERTUSATI *etiamnum nobilissimae Artificum manus certatim in sui admirationem rapiunt spectatores. Bibliothecam si laudemus, in dies auctam augendamque, & numero, & exquisito librorum delectu, & splendido ornatu, inter principes Italiae locum illi sine jactantia adsignabimus.*

Neque negligitur ILLUSTRISSIMO COMITI *peculiare illud & veluti innatum beatae Italiae studium Antiquorum Numismatum; in suis spectantur loculis digesta Imperatorum Romanorum, Clarorumque Virorum, & si qua alia sese arte, raritate, vel studio commendant, Numismata.*

Quare negabit, ut opinor, nemo, dignum me advocasse Patronum *Splendidissimo Maximae Reginarum,* CHRISTINAE, *Suedorum, Vandalorum, Gothorum &c. quondam Reginae,* MUSEO. In quo,

ſicuti *Imperatorum Romanorum* rariſſima, atque inedita hactenus, innumera obſervantur Numiſmata; iiſque peritiſſima *Petri Santes-Bartoli* manus delineatione exacta haud leve addiderit momentum; ita maximum iiſdem accedet decus, ſi Tuo, EXCELLENTISSIME COMES, fulgeat Nomine atque protegatur Patrocinio. Itaque *Muſeum* illud *Splendidiſſimum*, Commentariis SIGEBERTI HAVERCAMPI, *Viri in illa Antiquitatis parte haud leviter verſati*, illuſtratum, eoque quo *Regium* ejuſmodi *Opus* adornari decuit modo perfectum, Tuo, EXCELLENTISSIME COMES, nobis venerando colendoque maxime, conſecramus Nomini. Quod ut ſuſcipias *innata Generoſiſſimae Tuae Nobilitati humanitate*, eoque favore, quo ſemper illum es proſecutus,

Supplex orat

EXCELLENTIAE TUAE

Humillimus cliens

PETRUS DE HONDT.



LECTORI BENEVOLO
S. D.
SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

P R E F A C E
D E
S I G E B E R T H A V E R C A M P
A U
L E C T E U R.

SI *mihi unquam magnum aliquid atque arduum in Literis Humanioribus vel Antiquitatis venerandae adgredienti praesto adfuerit summa animi alacritas, in pulcherrimo hoc Opere duplicatum vigorem sensi: Non dicam me naturali quodam ingenii motu Rei Numismaticae mirifico teneri studio; neque praedicabo inmensam Graecorum Latinorumque ex omni modulo & genere collectionem, qua magnis sumtibus & incredibili labore, saepius quoque adspirante Bona*

LES Ouvrages Litteraires qui concernent la vénerable Antiquité sont fort de mon goût, & je les ai toûjours entrepris avec beaucoup d'ardeur & de joye; mais je puis dire que cette ardeur s'est considerablement accruë lorsque l'occasion s'est présentée de travailler à celui-ci. Je ne parlerai point ici du penchant, ou, pour mieux dire, de la passion extrême, que j'ai naturellement pour tout ce qui a quelque raport à la *Science Numismatique*. Je ne m'arrêterai pas non plus à faire l'éloge de l'immense collection de Médailles de tout module & de toute espèce, que j'ai acquises avec beaucoup de dépenses & de travail, & souvent aussi par d'heureuses rencontres, & dont j'ai formé un Cabinet des plus curieux: ce qui, pour le dire en passant, n'est pas un petit avantage pour un homme qui entreprend un

Commentaire de la nature de celui ci; ou plutôt c'eſt un ſecours que je lui crois être abſolument néceſſaire. Mais, ſans m'arrêter à tout cela, je me contenterai de faire connoître la joye que j'ai reſſentie interieurement, lorſque je vis pour la premiére fois le magnifique *Cabinet de la Reine Chriſtine*, qui fait la matiére & le ſujet de cet Ouvrage. Le nom d'une Reine ſi célébre ſuffit tout ſeul pour exciter la curioſité des Savans & de tous les Amateurs d'Antiquités; car qui ne ſait que cette Héroine ſe fit autrefois admirer de toute l'Europe par ſa grandeur d'ame, par la ſublimité de ſon génie, & par l'attachement extraordinaire qu'elle témoigna pendant toute ſa vie pour les Sciences & les belles Lettres. Par raport à cette derniere qualité, il n'en faut point d'autre preuve que la belle Collection de Médailles dont il s'agit; car qui n'avouëra que le goût, qu'elle fit paroitre à cet égard, eſt tout-à-fait ſurprenant & digne d'admiration dans une perſonne de ſon Sexe & de ſon rang? C'eſt ce précieux Tréſor, amaſſé par les ſoins de cette incomparable *Reine*, & digne aſſurément des plus grands Rois, que nous publions aujourd'hui. Il renferme un très-grand nombre de Médailles des Empereurs Romains, tant en grand qu'en moyen & petit Bronze, entre les premiéres deſquelles on en compte même quelques-unes d'argent. Mais on ne voit pas ici de ces Médailles communes & de peu de valeur qui ſe rencontrent par-tout. On n'y trouve point non plus de ces deſſeins qui, à force d'avoir été copiés & retracés par pluſieurs mains, s'éloignent toûjours de plus en plus de leur premier & veritable Original. Nous pouvons aſſûrer au contraire, que les Médailles qui compoſent ce *Cabinet*, ſont deſſinées avec toute l'exactitude & dans toute la perfection que les Antiquaires peuvent deſirer; de ſorte que quand ces deſſeins auroient été travaillés de la main d'Apelle même, je ne crois pas qu'on eût pû rien attendre de plus fini en ce genre. A quoi il faut ajoûter, que ces Médailles ſont pour la plûpart d'une grande rareté, & très-utiles pour l'éclairciſſement de l'ancienne Hiſtoire; qu'il y en a même pluſieurs qui n'ont pas encore été publiées, & qui ſont reſté juſqu'ici inconnuës aux Antiquaires.

Je ne parle pas ainſi pour farder la marchandiſe, ni pour la faire valoir au-de là de ſon juſte prix. Que les Curieux jettent les yeux ſur ce *Cabinet*, qu'ils l'examinent, & ils y trouveront, je ſuis ſûr, de quoi louër & de quoi admirer. Ils y rencontreront auſſi une infinité de choſes dont ils

na Fortuna, ſpectabile mihi paravi Muſeum, quod Antiquorum Numiſmatum Interpreti ſummopere neceſſarium judico; ſed effundam potius in publicum illam quam mente concepi laetitiam, quum primum mihi ſeſe obtulit Regale hoc, quod nunc Tibi L. B. ſpectandum ſiſtimus, CHRISTINAE REGINAE MUSEUM. *Vel ſolum celeberrimae hujus Heroinae nomen excitare poſſit Doctrinae omnis atque Antiquitatis cultores, & in admirationem ſui rapere; at praedicare ſatis generoſam ejus indolem, & ſummum in celſiori iſta fortuna, virilium hujuſmodi curarum ſtudium, nemo unquam poſſit. En praeſto adeſt Regibus maximis invidendus, qui quondam in interioribus loculis admirabilis* Reginae *adſervatus fuit, Theſaurus. Numiſmata dico Imperatorum Romanorum ex magno, medio atque tertio aere, intermiſtis nonnunquam majoris moduli argenteis. Non hic viles & ubique obvios; non ſaepius & ad nauſeam uſque repetitos nummorum icones; non per crebras plurium delineationes toties in pejus mutatos atque a vero archetypo aberrantes adſpicies; verum quidquid vel deſiderabile eruditorum oculis, vel Apellea manu ſimillimum rei, cujus pictura eſt, perfici potuit. Exquiſitae raritatis, ſummae in Hiſtoria utilitatis, & magna ſui parte incognita hactenus atque inedita Antiquariis* Muſeum *hoc continet Numiſmata. Nihil ego pro ornanda Helena loquor, inſpiciant curioſi oculi, quod adprobent, quod mirentur, quod in ditiſſimos uſus ſuos re-*

referre possint, invenient. Petri Santes-Bartoli (*sic enim scribere solitum fuisse nuperrime didici*) *manus haec omnia mirifice delineavit atque aeri incidit. Vix alia praestantior veteres imitari veneres & a vera similitudine non aberrare. Tantum non spirant, veluti in ipso aere ipsisque nummis, Imperatorum Romanorum vultus, diversaque animorum studia ex oris cognoscuntur lineamentis. Hasce Tabulas (numero* LXIII.) *Roma advectas, haud mediocri pecuniae summa sibi comparaverat Bibliopola Hagiensis* PETRUS DE HONDT. *Fervebat tum sub prelo magnum Opus, vigili cura, multis annis, industria nostra elaboratum,* Historia Universalis Numismatibus illustrata, *sive* Thesaurus Regius; *quo vetustissimorum Regnorum Populorumque fata & Reges ab exordiis Regni Macedonici usque ad Caroli Magni tempora millenis aliquot nummis, magni pictoris* Francisci Mieresii *adcurata manu depictis, illustrata describuntur. Tribus jam Tomis perfectis, in quarto sive ultimo versabantur operae, quum recens visum hoc* CHRISTINAE REGINAE MUSEUM *percelluit oculos, &, seposita tantisper aliarum rerum cura, me sibi protinus totum vindicavit. Hinc profectum vides, B. L. non displiciturum Tibi, uti spero, hunc Commentarium. Magna mihi in eodem cura fuit indagandi, quibus Imperii annis singula fuerint cusa Numismata; ad quas spectaverint Historias; quos ritus quasve sacras vel profanas continerent antiquitates.*

ils pourront faire leur profit. *Pietro Santes-Bartolo*, (car j'ai appris depuis peu que c'est ainsi qu'il écrivoit lui-même son nom,) Graveur très-renommé, a dessiné de sa propre main, & gravé sur le bronze toutes ces Médailles. On peut affirmer hardiment, qu'il n'y a presque point eu de Graveur, parmi les modernes, qui aye mieux attrapé le goût des Anciens, ni qui aye imité de plus près la beauté & la noblesse de l'antique. En effet, il est facile de remarquer que les têtes des Empereurs Romains sont ici dépeintes d'une maniére aussi naturelle & aussi parlante que sur les Médailles mêmes, & qu'on y peut également reconnoître la diversité de leurs temperamens & de leurs inclinations par les traits de leurs visages. Ces Planches, qui avoient été gravées au nombre de LXIII. par *Santes-Bartolo*, ayant été aportées de Rome en Hollande, *Le Sr. Pierre de Hondt*, Libraire à la Haye, les acheta pour une somme considerable, dans le dessein d'en faire part au Public. Je faisois alors rouler sous la presse un grand Ouvrage, auquel j'avois travaillé avec beaucoup d'application pendant plusieurs années, savoir, *L'Histoire Universelle eclaircie par les Médailles*, ou *le Trésor Royal:* Ouvrage où l'on décrit les diverses révolutions de destinées de plusieurs anciens Peuples & Royaumes, avec les Histoires de leurs Rois depuis la fondation de la Monarchie des Macedoniens jusqu'au tems de Charlemagne; & où l'on éclaircit le tout par quelques milliers de Médailles, qui ont été dessinées de la main du célébre Peintre *François Mieris.* Il y en avoit déja trois Tomes d'imprimés, & je travaillois à mettre au jour le dernier, lorsque *le Cabinet de la Reine Christine* me tomba entre les mains. Laissant alors pour quelque tems mes autres occupations, je me donnai tout entier à celle-ci. Voilà ce qui a produit le présent Commentaire, & j'espére qu'il ne déplaira pas aux Lecteurs. Je m'y suis particulierement attaché à rechercher avec soin, en quelle année du Règne de chaque Empereur les Médailles qui le regardent ont été frapées, à quels évenemens elles se raportent, & quelles sont les anciennes cérémonies, tant sacrées que profanes, qui y sont contenuës ou indiquées. Car les Tipes des Médailles font très-frequemment allusion aux récits de la Fable, en quoi consistoit toute la Théologie des Payens. Il n'est pas rare non plus que les Tipes des Médailles, frapées dans les Colonies ou dans les Villes Grecques, se raportent à quelque histoire qui concerne l'origine des ces Colonies ou

ou la fondation des dites Villes. Les Revers des Médailles font encore très-fouvent mention de certains Faits, ou Evenemens confiderables, arrivés dans le tems, ou dans l'année, où elles ont été frapées. Nous avons tâché d'expliquer toutes ces chofes, autant qu'il nous a été poffible, & de confirmer ce que nous avons dit par l'autorité des anciens Auteurs: faifant remarquer en diverfes occafions les grandes lumieres que l'on peut tirer de leurs Ecrits pour l'explication des Médailles, de même que les grands fecours que les Médailles nous fourniffent à leur tour pour mieux entendre divers endroits de ces Hiftoriens. Nous avons de plus fait voir en plufieurs rencontres, que les Médailles nous apprenent je ne fais combien de chofes que nous aurions éternellement ignoré fans elles, vû le grand nombre d'excellens Ouvrages des Anciens que nous avons perdus. Enfin, à l'imitation d'un très-favant Vieillard, encore plus vénérable par fon mérite que par fes années, je veux dire *Dom Bernard de Montfaucon*, nous avons jugé qu'il étoit à propos de joindre une Explication Françoife au Commentaire Latin, afin que les Lecteurs puiffent choifir celle des deux langues qu'ils entendront le mieux, ou qui fera plus de leur goût. Il ne me refte qu'à prier le Lecteur, en finiffant ce prologue, de vouloir bien nous favoir quelque gré des efforts que nous faifons pour tâcher de nous rendre utiles dans la République des Lettres.

Fait à Leyde, le
1. Janvier,
1742.

tes. Saepiffime enim ad Hiftoriam Fabularem (quae Gentilium Theologia fuit) refpiciunt eorumdem typi; haud raro quoque (fi Coloniarum & Graecos refpicias nummos) ad aliquam originis fuae reconditam rationem; & creberrime res illis temporibus annifque, quibus fignati funt, geftas. Haec omnia, quantum in nobis fuit, Veterum Auctorum fide ftabilire conati fuimus, atque oftendere, quam faepe non lucem modo ab iifdem Scriptoribus accipiant Numifmata, verum etiam facem extollant, melius ut illos intelligamus; imo nos doceant, quae fine eorumdem opera, perditis tot nobiliffimis Veterum Scriptis, aeternum tenebris merfa fuiffent. Vifum vero nobis eft fequi doctiffimum Senem, annis & meritis venerandum, Dom. Bernardum Montfauconium; *Gallica videlicet Interpretatio Latinae ut adjungeretur operae, qua utriufque Linguae veneres fuis paterent amatoribus. Tu B. L. vale, noftrifque porro in Republica Literaria conatibus adplaude.*

Lugduni Batavorum
Kal. Jan.
1742.

NUM-



NUMMOPHYLACEUM REGINAE CHRISTINAE.

LE CABINET DE MEDAILLES DE LA REINE CHRISTINE.

ANTEQUAM nobilem hanc telam ordiamur, in fronte locare lubet duo ſingularia atque inedita ex *Muſeo Reginae Chriſtinae* Numiſmata; quae recte illis Imperatorum Romanorum praemitti poſſe videntur. Sunt enim Senatus Romani atque Urbis Romae. Mitylenaei primum ſignarunt, Inſcriptione caret ſecundum. JOVI CONSVLTORI (illum enim Graeca indigitat Inſcriptio) adſimilant Senatum, atque eodem ipſo vocant nomine. Averſa ejusdem numiſmatis pars JOVEM ACRAEUM, ſive *Arcis Praeſidem* (nomine ejusdem adpoſito) exhibet, ſtantem inter duos fratres, Neptunum atque Plutonem, hunc Erebi, illum Maris, Reges; tamquam ſi innuere hoc typo voluerint Mitylinaei, Jovem in coelo, Neptunum in Mari, apud Inferos dominari Plutonem; in Terris vero nullum aliud niſi Romanum agnoſci Imperium.

AVANT *que d'entamer l'Explication de cette belle Suite de Médailles des Empereurs Romains, qui compoſoient autrefois le Cabinet de la Reine Chriſtine, il ne ſera pas hors de propos d'en expliquer deux particuliéres; d'autant plus qu'elles ſont aſſez remarquables, qu'elles n'ont point encor paru, & que, concernant Rome & ſon Senat, elles doivent naturellement marcher avant toutes les autres. L'une a été frapée à Mityléne; mais, la ſeconde ne porte point d'Inſcription de Lieu. La premiére repréſente le Sénat ſous la Figure & ſous le Nom de* Jupiter Conſulteur, ou qui donne conſeil. *On lit ſur le Revers*, Jupiter Défenſeur de la Fortereſſe ou du Capitole. *Le même Jupiter y eſt dépeint debout entre ſes deux Freres, Neptune & Pluton, celui-ci Dieu des Enfers, & l'autre Dieu de la Mer: comme ſi les Mityléniens avoient voulu marquer par-là, que Jupiter dominoit dans le Ciel, Neptune ſur la Mer, & Pluton dans les Enfers; mais, que l'Empire de la Terre appartenoit proprement aux Romains.*

Sur *la prémiére Face de l'autre Médaille est représentée Rome, la Reine des Villes, sous la Figure d'une Femme guerriére, avec le casque en Tête, & le Sceptre dans la Main droite. Le Revers concerne l'Antiquité de son Origine. J'y reconnois Hercule assis, & qui semble se reposer, après avoir défait Géryon. Il s'appuïe de la Main droite sur sa Massuë, & à sa gauche se voit la Dépouille du Lion de Nemée. Les Troupeaux enlevés à Géryon sont couchés à ses Pieds. Auprès d'Hercule est assise une Femme, qui a la Main droite sur son Epaule, & un Homme debout, qui semble de la Main commander quelque chose. Je ne doute point que tout cela ne regarde l'Arrivée d'Hercule en Italie & les choses qu'il y éxécuta. Il avoit été envoïé de la Gréce par Euristée, pour emmener les Boeufs de Géryon. Ainsi, cette derniere Figure désigne probablement ce Roi, qui avoit chargé Hercule de cette nouvelle & dangereuse Expédition. Et, quant à la Femme assise auprès d'Hercule, & qui semble le caresser, je crois qu'on a voulu par-là représenter Rhéa, Mere d'Aventin Fils d'Hercule, ainsi que l'insinuënt ces Vers de Virgile VII. Liv. de son* Enéïde, *V.* 659. *& suiv.* Cette femme eut commerce avec Hercule, lorsque ce Dompteur de monstres arriva en Italie, & qu'il vint laver dans le Tibre les bœufs qu'il avoit amenés d'Espagne. *Au bas, l'on voit cette fameuse Truïe, dont le même Virgile dit au Vers* 43 *du Liv. VIII. du même Ouvrage :* On trouva une Laïe d'une Grandeur prodigieuse sous les Yeuses qui bordoient le Rivage.

Regina Urbium Roma, in alterius numismatis priore adparet area, capite galeato, sceptrum dextra tenens. Ad originem ejus antiquam respicit aversa pars. In ea Herculem agnosco, devicto Geryone sedentem; dextra clavae innititur, ad laevam spolium est leonis; quiescunt ad pedes rapta armenta. Juxta Herculem altera cernitur figura, sed muliebris, quae illi adsidet, dextra humero ejusdem inposita. Agnoscitur praeterea tertia figura, virilis, stans atque manu, veluti mandantis ritu, aliquid significans. Haud dubium mihi est, quin ad Herculis in Italiam adventum, resque ibidem gestas, typus respiciat. Missus hic ex Graecia fuerat ab Erystheo, Geryonis boves ut adduceret. Durum itaque Regem hunc figura virilis designat, utpote qui mandaverat Herculi novum hunc laborem. At vero figura muliebris, quae blandientis ritu fessum demulcet, nulla alia mihi esse videtur, quam, Aventini ex Hercule futura mater, Rhea,

> *Mista Deo mulier, postquam Laurentia victor,*
> *Geryone exstincto, Tirynthius adtigit arva,*
> *Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.*


Confer Virgilium AEneid. VII. 659. & seqq. In imo cernitur sus illa, de qua idem Virgilius AEneid. VIII. 43.

> *Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus.*

PLAN- TA-



TAB. I.
1.
MGN
PIVS
IMP
2.
DIVOS
3.
CAESAR
IMP
COPIA
4.
IMP
5.
OPPIVS CAPITO
PROPR PRAEF
CLA
6.
7.
8.
9.
SC
10.
AVGVSTVS
DIVI F
CA
11.
AVGV
STVS
12.
13.
ROM ET AVG
14.
DIVVS AVGVSTVS PATER



TABULA I.

Comprehendens Numiſmata Cn. Pompeji Magni, Julii Caeſaris, M. Antonii, AEmilii Lepidi, Caeſaris Octaviani, &c.

Num. I.

ANTE C. Julium Caeſarem nemo in Republica Romana majore fama exſtitit, quam Cneus Pompejus Magnus, Cnei Pompeji Strabonis filius; neque cuiquam Senatus Populique Romani conſenſu major poteſtas terra marique data fuit. Primus itaque in Urbe terrarum potente is exſtitit; poſt illum eodem tempore Craſſus & Caeſar. Craſſum Parthica fraus & ſua abſtulit avaritia; Caeſar, inmodicus animi, cito ad aequalem cum Pompejo gloriam atque potentiam adſpiravit. Neque enim is ſuperiorem ferre poterat, & parem abnuebat Pompejus. Hinc concuſſa Republica, conliſis inter ſe civibus, in viſcera ſua armatus Orbis Romanus, ultionem, quam de injuriis ſuis ſubactae gentes, atque expugnatae urbes, ſumere non poterant, mutuis de ſe ipſo cladibus exegit. Victo Pompejo, atque ab AEgyptii Regis ſervitiis indigne caeſo, rerum potitus eſt Caeſar, qui & ipſe per prolem Pompeji armis petitus, haud diu poſt novum ſubiit diſcrimen. Heredes enim paternae ambitionis favoriſque Pompeji fratres, Cneus atque Sextus, in Hiſpania Caeſari grave admodum & periculoſum fecerunt bellum. Nepoti deinde Caeſaris Octaviano, Sextus, ex Sicilia, quam obtinebat, terribilis exſtitit; eo enim, fratre in priore bello ſublato, effugerat. Is Sextus, dum impotenter ſatis ibi regnaret, inſignem hunc nummum ſignavit. Aſſis Romani (ut illis erat temporibus) pondus & figuram exhibet, typum quoque, Jani hinc gemini caput, inde ratis proram.

PLANCHE I.

Qui contient les Medailles du Grand Pompée, de Jule Ceſar, de M. Antoine, d'Emilius Lepidus, de Céſar Octavien, &c.

Medaille Premiere.

AVANT *Jule Céſar, aucun Romain ne s'acquit une plus haute réputation, ni ne fut revêtu d'un ſi grand commandement tant ſur terre que ſur mer, que Cneus Pompée, dit le Grand, Fils de Cneus Pompée Strabo. Le Grand Pompée occupoit donc le prémier rang dans la Capitale du Monde. Apres lui, Craſſus & Céſar étoient dans ce tems-là les plus puiſſans. Craſſus périt dans la guerre contre les Parthes, tant par la ruſe de ſes Ennemis que par ſa propre avarice. Céſar, pouſſé par ſon ambition, aſpira bien-tôt à une gloire & à une puiſſance égale à celle de Pompée; car il ne pouvoit ſouffrir de voir perſonne au deſſus de lui, & Pompée ne vouloit pas d'égal. Voilà l'origine & la cauſe de cette fameuſe guerre civile, qui ébranla la République Romaine juſques dans ſes fondemens. Ses Citoyens, partagés en deux Factions contraires, & armés à leur perte réciproque, en vinrent à de ſanglans combats les uns contre les autres; par où ils vangerent ſuffiſamment les Villes & les Nations qu'ils avoient ſoumiſes à leur domination par la force des armes. Après la défaite & la mort de Pompée, qui fut indignement maſſacré par les ordres du Roi d'Egipte, Céſar devint le Maître de l'Empire; mais il ne jouït pas long-tems d'une ſi grande fortune, ſans ſe voir expoſé à de nouveaux périls. Les Fils du Grand Pompée, Cneus & Sextus, qui avoient hérité de l'ambition & du crédit de leur Pere, ſuſciterent à Céſar une guerre très-dangereuſe en Eſpagne. Cneus Pompée ayant perdu la vie dans cette guerre, Sextus ſon frere ſe ſauva en Sicile, où il ſe maintint avec les reſtes de ſon Parti. Il ſe rendit même dans la ſuite redoutable à Octavien, neveu & héritier de Céſar. Ce fut durant le tems que Sextus exercoit un Empire aſſez tirannique dans cette Iſle, qu'il fit battre la piéce de Monnoïe dont il eſt ici queſtion. C'eſt proprement un Aſſe, ou une Livre Romaine; elle en a du moins le poids, la figure & même l'empreinte. On y voit d'un côté les deux Têtes de Janus, & de l'autre la prouë d'un Navire.*

Il faut sur-tout remarquer dans cette empreinte, que les deux faces de Janus sont ici représentées sous les traits du Grand Pompée : [& ces traits paroissent même être ceux d'un vieillard, comme on le voit distinctement dans une des Medailles que j'ai.] En effet le nez, la bouche, les yeux, le front, & cette chevelure relevée, ou, comme parle Lucain, l. VIII. 679. Cette chevelure hérissée, qui se faisoit même respecter des Rois, & qui ornoit un front majestueux: *Toutes ces choses, dis-je, sont autant de temoignages que c'est le portrait du Grand Pompée qui est ici doublement tracé sous l'apparence de Janus. Sextus fit donc frapper cette Medaille en mémoire de son Pere, dans le tems, comme dit le meme Lucain, l. VI.* 421. qu'il exerçoit le métier de Pirate sur les côtes de la Sicile, & qu'il flétrissoit par-là les Lauriers que son Pere s'étoit autrefois acquis sur cette même mer. *Le surnom de* Pius *que Sextus prenoit, & qu'on voit ici, témoigne encore la même chose ; car, sur le Revers, qui représente un Navire, on y lit ces mots PIUS IMP*erator. *Et, de l'autre côté, au dessus des deux Têtes de Janus, ou plutôt de Pompée, on trouve, MAGN*us, *écrit en abregé. Ce qui laisse en doute ceux qui considerent les deux côtés de la Medaille, si l'on a voulu ajoûter cette Epithète aux surnoms de Sextus, ou si l'on a pretendu désigner par-là son Pere, qui est ici representé, comme on l'a déjà dit, sous la figure exterieure de Janus. On peut encore remarquer ici que Sextus menaça les Romains de la famine, s'ils ne contraignoient les Triumvirs à lui donner satisfaction; car, par les épis qu'il fit représenter sur les deux Têtes de Janus, il fait souvenir les Habitans de cette grande Ville, qu'il possédoit la Sicile, qu'on apelloit le Grénier du Peuple Romain; & qu'il étoit en état par-là de les obliger, s'ils le récevoient comme Ami; ou de leur nuire beaucoup, s'ils continuoient à servir ses Ennemis & à l'exclure des biens, des honneurs & des charges dont avoient joüi ses Ancêtres. Et c'est ce qu'ils éprouverent ensuite par une guerre civile.*

Dans quelques-unes de ces Medailles, les barbes des épis ne paroissent point à la vûë à cause de leur petitesse; mais, aïant pris un de ces verres qui grossissent les objects, je les ai apercuës fort distinctement dans une des miennes.

II. On *ne trouve point de Medailles de Jule César en grand bronze, qui aïent été frappées de son vivant; mais*

In illo typo tamen in primis considerandum venit, quod Jani gemini caput faciem utramque habeat ad Cn. Pompeji Magni oris lineamenta (&, sicuti ex nummo meo asperrimo patet, senilia) figuratam. Nares, os, oculi, frons & comæ suggestus, sive, ut loquitur Lucanus VIII. 679.

— — — *Illa verenda*
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Caesaries,

totidem sunt testimonia, ad Jani speciem Cn. Pompeji Magni ora in hoc asse Romano fuisse figurata. Id ita fieri curavit filius Sextus Pompejus, eo tempore, quo, ut idem Lucanus VI. 421.

— — *Scyllaeis exsul grassatus in oris,*
Polluit aequoreos Siculus pirata triumphos.

Pii id testatur cognomen, quod Sexto fuit, qui in summa atque infima nummi parte, ubi navis exprimitur, vocatur PIUS IMP*erator*. Ad geminum vero Jani, seu Pompeji patris, caput, adscribitur MAGN*us*, relicto versantibus nummum dubio, utrum illud cognominibus Sexti velint addere, an de Cneo patre capere, cujus ora sub Jani gemini typo exprimuntur. Neque haec tantum, sed & famem Populo Romano indixit Sextus, nisi Tyrannos, seu Triumviros, satisfacere sibi cogeret. Spicis enim ad Jani caput additis, in memoriam civibus revocat, horreum sese Populi Romani, Siciliam, insulam frugiferam, tenere; magno, si ut amicum reciperent, emolumento, sin servire Dominis pergerent, seseque a paterna haereditate & avitis honoribus excluderent, malo; quod & civili bello postea experti sunt.

In quibusdam nummis propter tenuitatem suam non adparent hirsutae spicae, sed sumto, quo ampliora visui objecta redduntur, vitro, clare animadverti, in altero ex meis adparere fruges spicatas.

II. Nummi Julii Caesaris in primo aere, qui vivente illo cusi sunt, non in-

inveniuntur, ſed plurimi, quos nepos ejuſdem & heres, Caeſar Octavianus, ſignari fecit. Is ſcilicet, ut ſeſe prae reliquis Triumviris Populo Romano, qui aegerrime caedem Caeſaris Julii, benefactoris ſui, atque noviſſimis quoque tabulis, de eodem ſoliciti, tulerat, commendaret, in hujus nummi altera parte effigiem ſenilem Julii, denſa corona laurea tectum, inſculpi juſſit, cum hac epigraphe, DIVOS IVLIOS. Ab altera parte, ſicuti conlegae Lepidus & Antonius, ſuam ipſe vulgavit imaginem, cum inſcriptione CAESAR DIVI *Filius*.

III. Quod Romae fieri curavit Caeſar Octavianus, id in Coloniis fecere Magiſtratus, qui Julii quondam atque poſt Octaviani ſequebantur partes. Inſuper in eadem nummi area, anteriori ſcilicet, patris atque filii adoptivi junxerunt capita, ſed averſa, atque palmam, victoriae ſymbolum, intermediam locarunt; quaſi ſcilicet Caeſaris ſemper-victoris Fortunam nepoti Octaviano adfore ubique augurarentur; quod is vindictam de parricidis exigeret, & memoriam patris, cum capitis ſui periculo, ulciſceretur. Hinc nomina & tituli in circuitu nummi conſpicui, DIVI IVLI. IMP*erator* CAESAR DIVI F*ilius*. Ab altera parte navis eſt cum pyramide & globo aculeato. De quo typo quid docti judicent, videri poteſt ad ejusmodi nummos XII. Caeſarum Andreae Morellii. Globus aculeatus fortaſſis pomum marinum refert, Marisque in nummo poteſt eſſe ſymbolum.

IV. Divi Julii & nepotis ejusdem, ſive, per adoptionem, filii Octaviani, hic quoque nummus, ſicuti is, qui praeceſſit, nuda exhibet capita, atque eamdem plane inſcriptionem, ſed literis alio loco ſive ordine poſitis, neque palmae ramus adeſt, qui averſa dividat capita. In alia quoque cuſus fuit Colo-

mais il s'en trouve un grand nombre que ſon Neveu & Héritier, Céſar Octavien, fit batre. Comme le Peuple Romain avoit temoigné beaucoup de douleur & de chagrin de la mort de Jule Céſar, ſon bienfaiteur, & qui s'étoit même ſouvenu de lui dans ſon Teſtament; Octavien, pour ſe faire plus aimer & conſiderer dans Rome que les deux autres Triumvirs, fit graver ſur la premiére face de cette Médaille l'effigie de Jule ſon Oncle, ſous les traits d'un homme déja avancé en âge, & la tête couverte d'une épaiſſe Couronne de laurier, avec cette Legende: LE DIVIN JULE. Sur le revers, il y fit mettre ſon portrait, auſſi bien que ſes collegues Lepidus & Antoine, avec cette Inſcription: CESAR FILS DU DIVIN Jule.

III. Ce *qu'Octavien avoit fait à Rome, fut imité dans les Colonies par les Magiſtrats qui avoient ſuivi le parti de Jule Céſar, & qui depuis s'étoient attachés à celui de ſon Neveu. Ceux-ci ſuivirent donc cet exemple, avec cette différence neanmoins, qu'ils joignirent dans la premiére face de leur Médaille les têtes du Pere & de ſon Fils adoptif, le viſage tourné à l'oppoſite l'un de l'autre, & ils placerent entre les deux têtes une palme qui eſt le ſimbole de la Victoire: voulant ſans doute marquer par-là qu'ils eſpéroient que la Fortune ne ſeroit pas moins favorable au Neveu qu'elle l'avoit été à l'Oncle, que la victoire avoit accompagné par-tout; qu'Octavien vangeroit la mort de celui qui l'avoit adopté, & qu'il pourſuivroit ſes meurtriers à main armée & au péril même de ſa vie. Sur le contour de la Médaille on lit ces noms & ces titres. DU DIVIN JULE. L'EMPEREUR CESAR FILS DU DIVIN* Céſar. *Le revers offre à la vûë un Navire avec une Pyramide & un Globe armé de pointes. Ceux qui deſireront de ſavoir ce que les Savans penſent ſur cette emblème, peuvent conſulter ce que j'ai dit ſur des Médailles ſemblables des XII. Céſars d'André Morel. Le Globe, parſemé de pointes, repréſente peut-être la pomme de mer, & peut-être eſt-il ici le ſimbole de la Mer même.*

IV. Cette *Médaille, de même que la précédente, repréſente les têtes nues, & ſans ornement, de Jule Céſar & de ſon Neveu, ou Fils par adoption, Octavien. Elle porte auſſi la même inſcription; mais les lettres ne ſont point placées, ni dans les mêmes endroits, ni dans le même ordre. Il n'y a point non plus de rameau de palme, qui ſépare les deux têtes, qui ſont adoſſées.*

Auſſi n'a-t-elle pas été fabriquée dans la même Colonie que celle qui précéde ; comme il paroît ſur le Revers, par les trois Lettres initiales qu'il contient & qui ſignifient: Colonie Julienne Valencienne. *On y voit à la vérité un Navire de même que dans l'autre ; mais ſon exterieur eſt fort différent; car celui qui eſt repréſenté ſur le revers de la III. Médaille, eſt garni de rames comme s'il voguoit; au lieu que celui-ci paroît ſans rames auprès d'un édifice qui me ſemble être un atelier.*

V. Voici *un autre des Triumvirs qui paroît ſur les rangs, ſavoir Marc Antoine, dont l'effigie orne la première face de cette Médaille avec une Inſcription Latine, qui ſignifie: MARC ANTOINE, EMPEREUR, AUGURE, CONSUL DESIGNE POUR LA SECONDE ET TROISIEME FOIS. Vis-à-vis d'Antoine on voit une tête de femme, qui eſt voilée. Et c'eſt ſans doute Octavie, ſoeur d'Octavien: ce qu'on connoît tant par la modeſtie de ſon viſage, que par les noms & les dignités qui ſont ici attribués à Marc Antoine. Cette belle piéce de monnoye eſt ſans doute le ſimbole de l'alliance & de l'union contractée entre Marc Antoine & Céſar Octavien, & qui avoit été ſçellée, pour ainſi dire, par le mariage d'Octavie avec Antoine. Le Revers déſigne les Flotes de Marc Antoine, par l'emblème d'un Vaiſſeau équipé de voiles & de rames, qui fend l'onde avec un vent & un tems favorable. C'eſt ce qu'on a voulu marquer par les étoiles de Caſtor & Pollux qui paroiſſent de part & d'autre. L'on voit écrit au-deſſus: OPPIUS CAPITO, PROPRETEUR ET COMMANDANT DE LA FLOTE.*

VI. Cette *belle Médaille ſe reſſent un peu des injures du tems, qui conſume à la fin toutes choſes. Sa première face n'a point été gravée par Pietro Santi-Bartolo. Ainſi nous croïons qu'elle ne différe pas de celle qui la précéde, & qu'on auroit pû l'y joindre par des lignes tranſverſales; mais peut-être auſſi que cette face étoit trop uſée pourqu'on pût diſtinguer les figures qui y étoient gravées. Pour moi, je la raporte à Marc Antoine & à Octavie, & à leur amour conjugal. Il y a toute apparence que c'eſt la raiſon pourquoi on a repréſenté deux Dauphins qui nagent vers le char des Dieux marins. Ces Dieux eux-mêmes me paroiſſent être Nerée & Doris, auxquels le Commandant de la Flote a comparé galamment Antoine & Octavie. Le nom de ce Général eſt entierement*

lonia, ſicuti averſa pars teſtatur, quae tres literas exhibet initiales, integre ſic legendas, C*olonia* J*ulia* V*alentia.* Navis quoque ibidem exhibetur, ſed ornatu plurimum a praecedente diſcrepat; illa enim remis inſtructa eſt, tamquam currens, haec vero ſine remis adparet, juxta aedificium, quod mihi navale quoddam videtur.

V. Prodit alter ex Triumviris M. Antonius, cujus nudum caput priorem nummi partem exornat, cum hac inſcriptione, M*arcus* ANT*onius* IMP*erator* AVG*ur* CO*n*S*ul* DES*ignatus* ITER*um* ET TERT*ium.* Ex adverſo Antonii, muliebre viſitur caput velatum, quod Octaviae, ſororis Octaviani, eſſe cognoſcitur ex honeſta mulieris facie, atque inſuper adſcripto M. Antonii, nomine & dignitate. Concordiae igitur inter M. Antonium & Caeſarem Octavianum initae, ſponſore vinculo conjugii inter M. Antonium & Octaviam, inſignis hic nummus eſt ſymbolum; qui ab altera ſui parte claſſes M. Antonii oſtentat, ſymbolo navis velis remisque inſtructae, atque felici curſu & ſidere latae; quod indicant Dioſcurorum ſtellae, quae utrimque adparent. Adſcribitur OPPIVS CAPITO PROPR*aetore* PRAEF*ecto* CLA---

VI. Praeclari hujus numiſmatis, quod non ſine aliqua temporis edacis injuria (quam ſubiit) ſupereſſe videtur, anterior pars per Petrum Santi-Bartolum non fuit expreſſa. Arbitramur vero haud diſcrepare ab illo quod praeceſſit, atque forſitan (potuiſſet enim per transverſas lineas eidem connecti) detritiorem illam habuiſſe partem, quam ut judicium de faciebus ferri poſſet. Ego certe ad Antonium & Octaviam atque connubialem eorumdem amorem refero; unde gemini Delphines tamquam currui Deorum marinorum adnatant. Dii ipſi Nereus & Doris mihi eſſe videntur, quibus lepide Antonium at-

atque Octaviam, conjuges, adsimilavit PRAEFectus CLassis, cujus dignitas servatur in nummo, periit nomen, sive is Oppius Capito, sive alius fuerit. Non dissimiles admodum picturae occurrunt in nummis, quos Atratinus, pariter Antonianae classis praefectus, cudit in honorem Antonii & Cleopatrae; & quales in Andr. Morellii atque Jo. Vaillantii libris de Familiis Romanis inspici possunt; verum in iisdem quadrigis equorum marinorum insistunt novi maris Dii; in hoc autem nostro vel bigae sunt, vel potius ipsi Dii (scandere marina monstra soliti) duorum equorum marinorum tergis vehuntur. Quod post figuras cernitur, bulla vel similis quaedam superficies inaequalis in ipso aere fuisse videtur.

VII. Nondum discedimus a modestissima M. Antonii conjuge Octavia, quae connubialia jura sacramque domum, profugo marito, atque Alexandrinis deliciis & Cleopatrae venenis inmerso, egregie servavit. Occurrit videlicet hic formosa Octaviae facies, cum divino ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ, id est, LIBERTATIS, titulo. Gratiosum istud Populo Romano nomen, & vim nominis, rem ipsam, reddere fessae Civitati potuerat cum Caesare Octaviano Antonius, si constans fuisset in fide conjugiali, neque maluisset tamquam viator adparere (vel contra opinionem suam) Caesari, adipiscendae illius, quam is haud diu post consecutus fuit, potentiae, quam opprimendae patriae relinquere consilia. De Octavia vero ne dubitemus facit altera nummi pars, quae Victoriae habet typum cum hac inscriptione, Μάρκος ΑΝΤώνιος ΑΥΤοκράτωρ. Γαιος ΚΑΙσαρ ΑΥΤοκράτωρ. id est, MARCVS ANTONIVS IMPERATOR. CAIVS CAESAR IMPERATOR. Nomen & Titulum Libertatis Octaviae quoque in aliis ejusmodi fere nummis, sed secundi moduli, & a Thessalonicensibus signatis, tribui animadverti.

VIII. Tertius ex Triumviris succedit, M. AEmilius Lepidus, qui, dum alienam adfectabat dominationem, suam ami-

ment effacé, soit que ç'ait été Oppius Capito, ou quelque autre; mais celui de sa dignité s'y est conservé. On trouve des figures assez semblables à celles-ci dans les Médailles qu'Atratinus, aussi Chef ou Commandant de la Flote d'Antoine, fit frapper à l'honneur d'Antoine & de Cléopatre; & pareilles à celles qu'on peut voir dans les Ouvrages d'André Morel & de Jean Vaillant touchant les Familles Romaines. Mais, dans celles d'Atratinus, les nouveaux Dieux de la mer sont assis dans un char tiré par quatre chevaux marins; au lieu qu'ici c'est un char à deux chevaux seulement, ou plutôt ces Dieux, qui étoient accoutumés d'être portés par des monstres marins, y sont assis sur le dos de deux chevaux marins. Quant à ce qu'on voit après les figures en forme de petite bouteille d'eau, ou de quelque autre chose semblable, nous croions que cela étoit dans le cuivre même.

VII. Nous *ne quittons pas encore la sage & modeste Octavie, Epouse de Marc Antoine, qui garda une fidelité inviolable à son Mari, quoique celui-ci l'eût abandonnée, pour se retirer à Alexandrie, où il vivoit dans les délices & dans la debauche entre les bras de Cléopatre. On voit donc ici le beau visage d'Octavie avec cette divine Inscription, LA LIBERTE, ce nom si doux & si agréable au Peuple Romain. Antoine auroit pû rendre à la Republique la chose signifiée par ce beau nom, s'il eût été constant dans la foi conjugale & dans son amitié avec Octavien, & s'il n'eût mieux aimé fraïer le chemin (quoique contre son opinion) à César pour arriver à la Puissance Souveraine, à laquelle celui-ci parvint peu de tems après, que d'abandonner le dessein d'opprimer sa Patrie. Le Revers de la Médaille regarde aussi sans doute Octavie. La Déesse Victoire y est représentée, avec une Legende Grecque qu'on voit ici à côté, & donc les paroles reviennent à celles-ci: MARC ANTOINE EMPEREUR. CAIUS CESAR EMPEREUR. J'ai observé que le nom & le titre de la Liberté est encore attribué à Octavie dans d'autres piéces de monnoye semblables, mais de la moïenne grandeur, & fabriquées à Thessalonique.*

VIII. C'est *le tour à present du troisiéme des Triumvirs, c'est à dire, de M. Emilius Lepidus; lequel, voulant empiéter sur la puissance d'autrui,*

trui, perdit la ſienne propre, & n'obtint la vie que par grace, de même que la dignité de Souverain Pontife, dont il s'étoit emparé après la mort de Jule Céſar, & qui lui fut continuée ſa vie durant. Les Coïens graverent ſon effigie ſur l'une des faces de cette Médaille, mais ſans y ajoûter le nom de Lepidus, ni ſa qualité de Triumvir. De l'autre côté, on voit la tête d'Eſculape couverte de laurier, avec cette déviſe: l'EUCARPUS DES COIENS. Les Coïens ſemblent avoir été fort devoüés à Lepidus, car nous avons déja donné au public des Médailles ſemblables de Lepidus & des Coïens dans le Tréſor des Familles Romaines d'André Morel, comme on peut voir à la Planche II. de la Famille ou Race des Emiles pag. 11. *ſur leſquelles on trouve les noms de Diophante & de Nicias.*

IX. Lepidus *ayant perdu ſon rang & ſa dignité, & Antoine ayant été réduit à la neceſſité de ſe donner la mort à lui-même après la bataille d'Actium, qui ruina ſes affaires, Céſar Octavien reſta ſeul en poſſeſſion de la Souveraine Puiſſance. C'eſt pourquoi l'on repréſente ici la Déeſſe Victoire debout derriére Céſar, tenant une palme dans la main gauche, tandis que de la droite elle lui met une Couronne de laurier ſur la tête. En effet, Octavien étoit alors parvenu à un ſi haut dégré de fortune & de bonheur, qu'il ſembloit ètre elevé au deſſus de la condition humaine. C'eſt ce qui engagea le Sénat à mettre en délibération, quel ſurnom on pourroit donner à Céſar pour marquer cette éminence incomparable de puiſſance & d'autorité dont il jouïſſoit, & il choiſit, ſelon l'avis de Manutius Plancus, le Surnom d'Auguſte;* non ſeulement parce qu'il étoit nouveau, mais auſſi parce qu'il étoit plein de majeſté, & qu'il reſſentoit quelque choſe de divin, vû que l'on donnoit le titre d'Auguſtes aux lieux & aux choſes conſacrées au culte religieux par l'avis des Augures. *Suetone dans la Vie d'Aug. Ch. VII. Céſar Octavien, étant donc déja comme déïfié dès ſon vivant, & mis, pour ainſi dire, hors du rang des autres mortels, fut apellé depuis ce tems-là Auguſte, non ſeulement par la voix d'un chacun, mais auſſi dans les Actes publics. De-là vient que dans notre Médaille on voit autour de la tête d'Auguſte une Inſcription Latine, qui porte: CESAR AUGUSTE SOUVERAIN PONTIFE ET TRIBUN PERPETUEL. Cette piéce de monnoye fut frappée par ordonnance du Sénat, dont on voit la marque au milieu de la dite piéce; car on ſait qu'Auguſte avoit permis au Sénat*

amiſit, atque precario vitam, &, quamdiu vixit, Pontificatum ſummum, quem invaſerat poſt Caeſaris mortem, retinuit. Illius caput Coii in altera nummi ſui parte, ſed non addito Triumviri Lepidi nomine aut dignitate, expreſſerunt. Ab altera parte AEſculapii laureatum (ut in aliis Coiorum nummis) eſt caput, cum inſcriptione ΚΩΙΩΝ. ΕΥΚΑΡΠΟΣ. id eſt, COIORVM EVCARPVS. Devoti valde fuiſſe videntur Lepido Coii, nam & ſimiles publicavimus Lepidi & Coiorum nummos in Theſauro Familiar. Roman. And. Morellii in Tab. II. Gentis AEmiliae p. 11. in quibus Diophanti atque Niciae exſtant nomina.

IX. Amoto Lepido, atque M. Antonio ex deſperatione rerum ad mortem voluntariam coacto, ſolus rerum potitus fuit Caeſar Octavianus, cui, tamquam victori omnium hoſtium ſuorum, ipſa Dea Victoria in hoc nummo lauream capiti, adſtans illi a tergo, atque laeva palmam tenens, adaptat. Pervenerat videlicet ad illud humanae felicitatis faſtigium, ut amplior conditione humana videretur; quare, deliberante Senatu, quodnam eminentioris auctoritatis cognomen ſtabilito imperio, adſumeret Caeſar, Auguſti prae reliquis ex Manutii Planci ſententia elegit, *non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur.* Suetonius in Aug. Cap. VII. Vivus itaque videnſque quaſi conſecratus, atque ſupra reliquorum hominum ſortem poſitus, ab eo tempore Auguſtus vocari atque in publicis monumentis ſcribi incepit, unde juxta caput Auguſti haec in circuitu nummi legitur inſcriptio, CAESAR AVGVST*us* PONT*ifex* MAX*imus* TR*ibunicia* POT*estate*. Cuſus vero nummus ex Senatusconſulto eſt, cujus nota in media nummi area cognoſcitur, eo videlicet more, quo (ſicuti notum eſt) aereae monetae curam Senatui permiſerat Auguſtus, ſervato ſibi aureae atque argenteae jure. Hinc Monetarii Senatus nomen in ambitu aver-

averſae partis legitur, hoc modo: *Marcus* MAECILIVS TVLLVS IIIVIR *Auro Argento Aere Flando, Feriundo.*

nat de faire fabriquer de la monnoye de cuivre, s'étant reservé à lui ſeul le droit de faire battre celle d'or & d'argent. Auſſi voit-on ici le nom du Monétaire du Sénat ſur le contour du Revers, ou on lit: Marcus Mæcilius Tullus, l'un des trois Magiſtrats prépoſés à la fabrique de la Monnoye.

X. Laureatum modo Auguſti, tamquam perpetuo victoris (ipſa Victoria Dea Caeſarem coronante) habuimus caput, in hoc vero nummo ſine laurea atque cum nuda hac inſcriptione viſitur, AVGVSTVS DIVI *Filius.* Cuſus eſt in Colonia Romana Caeſarea Auguſta, cujus nomen per literas initiales in media averſae partis area exprimitur; quam aream, quae capiti defuit, laurea Corona ingens circumplectitur, quaſi tuti in perpetuum ſub felici illius Imperio agerent Caeſarauguſtani, nullis bellorum fulminibus obnoxii, dum Caeſarea proteguntur Laurea, & ſub umbra Conditoris ſui perpetuo verſantur.

X. Nous *venons de voir dans la Médaille précédente la tête d'Auguſte couronnée de laurier par la Déeſſe Victoire même; mais celle-ci nous repréſente la tête du même Auguſte, nuë & ſans laurier, ſimplement avec cette Legende:* AUGUSTUS DIVI F. *Elle a été frappée par la Colonie Romaine de Sarragoſſe, dont le nom eſt exprimé par les lettres initiales qu'on voit dans le champ du Revers. Ce champ eſt environné d'une vaſte Couronne de laurier; par où cette Colonie ſemble avoir eu deſſein de marquer, qu'elle vivoit en paix & en ſureté ſous l'Empire d'Auguſte ſon Fondateur, & que ſes lauriers la mettoient à couvert des foudres de la guerre.*

XI. Quamdiu legionum claſſiumque numero floruit Antonius, dubiam Caeſari Octaviano palmam fecit; hi enim, Reipublicae liberae hoſtis uterque, Orbem Romanum in medio tenebant. Sed poſtquam, deſerta ad Actium claſſe ſua, deſtitutiſque fortiſſimis legionibus, Cleopatram, in AEgyptum fugientem, uxorius ſecutus eſt Antonius, auctae ſunt in inmenſum vires Caeſaris, interfectoque Alexandriae imperii aemulo, redactaque cum AEgypto in poteſtatem ſuam Cleopatra, ad victorem omnis inclinavit partium fortuna. Hoc illi praecipue navale decus parta ad Actium praeſtitit victoria. Quare mirari haud debemus in inſigni hoc nummo, Duillii, Poenorum quondam victoris, qui primus navalis victoriae perpetuam meruit memoriam, exemplum ſequi illos, qui hoc Auguſto ſtatuerunt monumentum, non quidem poſita illi columna roſtrata, ut molem iſtam adirent Romani, ejus civitatis ſpectaturi miracula, ſed intertextis navium roſtris Coronae laureae; ut ſic per monetam ſemper in cunctis regionibus omniumque oculis verſaretur aeternum vi-

XI. Tandis *qu'Antoine fut en état de faire tête à Céſar Octavien par le grand nombre de ſes Vaiſſeaux & des Legions qu'il avoit à ſon ſervice, la victoire fut aſſez incertaine entre ces deux Concurrens, & il n'étoit pas facile de prévoir pour lequel de ces deux Ennemis de la liberté Romaine elle ſe declareroit. Mais, après la bataille d'Actium, qu'Antoine perdit par ſa faute, ſon aveugle paſſion pour Cléopatre lui aïant fait abandonner ſa Flote & ſes Troupes qui combatoient vaillamment, pour ſuivre cette Reine, à qui l'épouvante avoit fait prendre la fuite dans la plus grande chaleur du combat: Après cette bataille, dis-je, les choſes changerent entiérement de face, les forces de Céſar s'acrurent infiniment, toutes les Provinces embraſſant ſon parti; de ſorte qu'Antoine fut obligé de recourir à une mort volontaire, & Cléopatre avec toute l'Egipte, d'implorer la clémence du vainqueur. Voilà quels furent les avantages qu'Octavien retira de la victoire remportée par les ſiens à Actium. Ainſi l'on ne doit pas être ſurpris que ceux qui firent frapper la Médaille dont il s'agit ici, aïent imité dans cette occaſion ce qui s'étoit autrefois pratiqué en faveur de Duillius, le premier des Romains à qui l'on ait dreſſé un trophée public pour une victoire navale qu'il avoit remportée ſur les Carthaginois. A la vérité l'on n'érigea point en l'honneur d'Auguſte une colomne roſtrale, comme*

me on avoit fait pour Duillius; mais, à la place, on entrelaça des prouës de navires dans la Couronne de laurier qu'on fit repréſenter ſur la monnoye donc nous parlons; afin que par ce moïen on eût continuëllement devant les yeux, dans toutes les Provinces de l'Empire, un monument qui rapellât le ſouvenir de cette glorieuſe & importante victoire de Céſar Octavien, dont on voit le nouveau nom, AUGUSTUS, renfermé dans la Couronne; car la premiére face de la Médaille repréſente ſimplement la tête d'Auguſte, nuë & tournée à gauche, ſans Legende.

XII. La Médaille qui ſuit, a été frappée en Eſpagne, ainſi que pluſieurs autres de cette eſpèce, que j'ai entre les mains, me l'ont fait connoître. Les lettres, qui ſe trouvent ordinairement ſous les pieds d'un Sphinx ailé, qui leve le pied gauche de devant, ſont ou barbares, ou des anciens caractéres Eſpagnols. Nous croïons que le Type concerne plutôt la conquête de l'Armenie, que non pas celle de l'Egipte, (comme nous l'avons dit ſur l'Auguſte de Morel, pag. 394.) car le Sphinx eſt ordinairement dépeint ſans ailes, lorſqu'il eſt le ſimbole de l'Egipte; au lieu que le Sphinx ailé a coutume de déſigner l'Armenie dans les Médailles d'Auguſte. Non ſeulement les lettres & les mots, qu'on trouve dans ces Médailles ſous la figure du Sphinx, ſont mal formés & arrangés; mais les ſimboles & les autres accompagnemens, qui ſe trouvent ſur les têtes de ces Médailles, ſont auſſi très-ſouvent fort différens. Car, dans quelques-unes, auprès de la tête d'Auguſte, qui n'eſt, pour ainſi dire, qu'ébauchée, on voit une main étenduë; dans d'autres on trouve écrit URSONE, qui eſt apparemment le nom du lieu où elles ont été frappées; & il s'en trouve d'autres encore, ſur leſquelles on remarque beaucoup d'autres varietés. Mais elles ont toutes été fabriquées en Eſpagne, & ſont aſſez groſſierement travaillées.

XIII. La belle Médaille, dont nous allons parler, contient les honneurs qui furent décernés à Auguſte par les Villes d'Aſie; mais ce Prince, qui ſavoit adroitement diſſimuler ſon ambition, ne voulut les recevoir, qu'à condition que la Ville de Rome, & par conſequent la Republique Romaine, y participeroit avec lui. Il leur défendit donc de lui dédier ni Temples ni Autels, à moins que le nom de la Ville de Rome n'y fût joint avec le ſien, ainſi que nous l'aprenons de Suetone, Chap. LX. Le premier côté de notre Médaille repréſente la tête d'Auguſte, tournée vers la gauche & couronnée de laurier, avec cette Legende, CESAR SOUVERAIN PON-

victoris Caeſaris decus, cujus novum nomen, AVGVSTVS, incluſum Coronae cernitur, nam anterior pars nudum Auguſti caput, ſine epigraphe, verſus laevam converſum habet.

XII. Ex pluribus, quos hujus generis poſſideo, nummis, didici cuſum hunc in Hiſpania fuiſſe. Barbarae plerumque vel antiquae Hiſpanae ſunt literae, quae ſolent inveniri ſub pedibus Sphingis alatae, quae laevum pedem anteriorem adtollit. Typum ipſum ad Armeniam devictam (ſicuti ad Morellii Auguſtum p. 394. diximus) pertinere exiſtimamus, potius quam ad AEgyptum; Sphinx enim, quando AEgypti eſt ſymbolum, vulgo ſine alis pingitur; alata vero Sphinx in Auguſti nummis Armeniam denotare ſolet. Prouti autem barbarae literae atque nomina quae ſub effigie Sphingis in hujusmodi nummis occurrere ſolent, diverſimode concipiuntur; ſic quoque partes anteriores nummorum diſcrepant ſaepius. Nam in aliis, juxta Auguſti faciem, rudiuscule cuſam, manus expanſa occurrit; in aliis adſcribitur locus, ubi cuſus eſt, VRSONE, in aliis aliud quid. Omnes vero ſignati in Hiſpania atque rudioris fabricae ſunt.

XIII. Sequitur elegans Auguſti nummus, qui honores ab Aſiae Civitatibus ipſi exhibitos commendat. Noluit tamen eos Caeſar, ambitionis artifex, niſi Urbs Roma, adeoque Respublica Romana, ſecum de iisdem participaret, recipere. Quum igitur Aſiae civitates divinos ipſi honores conferre vellent, vetuit, neque in ulla provincia decerni ſibi Templa, *niſi communi ſuo Romaeque nomine* voluit, uti patet ex Suetonii Cap. LII. Nummi hujus anterior pars Auguſti laureatum caput ſiniſtram verſus

ſus converſum exhibere ſolet, cum hac Inſcriptione, CAESAR PONTifex MAXimus. Arae autem varie exornatae, quae cippos utrimque cum inſiſtentibus Victoriae ſimulacris exhibent, in altera nummi parte ſunt; ſubtus haec eſt inſcriptio ROMae ET AVGuſto. Servamus ſimile numisma, elegans ſane, in Muſeo noſtro.

XIV. In provinciis quidem, ut modo vidimus, permiſerat Auguſtus ut Templa atque Arae, divinis adhibitis honoribus, ſibi, ſed ſimul etiam Romae haberentur; verum poſt mortem inpedire non potuit, quo minus in ipſa Urbe, & quidem Senatus Conſulto, illi Templa ſtatuerentur, ſacrificia fierent, atque cuncta quae ad Deorum pertinere ſolent honores, certatim tribuerentur. Meruiſſe id apud cives Imperii manſuetudine videbatur, eratque conveniens Gentilium ſuperſtitionibus, ut eum, quem Coelitum numero credebant additum, atque Apotheoſin meruiſſe, divinis colerent honoribus.

Hinc in prima nummi parte, divinitatis ſymbolo, radiis ornatur. Caput enim Auguſti dextram verſus converſum, corona radiata cingitur. In ambitu nummi, eadem ratione ſcribitur, DIVVS AVGVSTVS PATER. At in poſteriore nummi parte, ubi nihil quidem praeter Senatus Conſulti notam agnoſcitur, rotundae figurae adparet Templum hexaſtylum, ad cujus latera duae eriguntur baſes, quibus ſingulis inſiſtit victima, taurus videlicet & aries, opima de grege ſacrificia. Animalia haec propter exiguam eorumdem picturam ab Antiquariis atque Delineatoribus diverſimode excipi ſolent, dum alii bovem, alii arietem in utraque baſi depingunt, uti vidimus in Theſauro Morelliano ad Nummos Auguſti p. 346. ſed ex integerrimo Reginae Chriſtinae nummo melius diverſum animal excepit Petrus Santi-Bartolus; inter armenta bos ſive taurus, inter pecora aries, majores digni oresque, quae majoribus Diis ſacrificentur, ſunt hoſtiae. Unde Antipater, quum Lib. I. Antholog.

PONTIFE. Sur le revers, ce ſont des Autels diverſement ornés, avec des colomnes de chaque côté, ſur leſquelles ſont placés des ſimulacres de la Victoire. Plus bas on lit cette Inſcription: A ROME ET A AUGUSTE. *Je conſerve dans mon Cabinet une de ces Médailles, qui eſt très-belle.*

XIV. Auguste *avoit permis, comme on vient de le voir, qu'on lui conſacrât des Temples & des Autels dans les Provinces, pourvû que l'on y joignît le nom de la Ville de Rome avec le ſien: Mais il ne pût empêcher après ſa mort qu'on ne lui bâtît des Temples à Rome même & par l'ordre du Sénat, qu'on ne lui offrît des Sacrifices, & qu'on ne lui déferât tous les honneurs que les Romains avoient coûtume de rendre à leurs Dieux. Il ſembloit avoir mérité ces honneurs par la douceur de ſon Gouvernement, & rien d'ailleurs n'étoit plus conforme au génie & à la ſuperſtition des Payens, que de rendre des honneurs divins à celui qu'ils croïoient être au rang des Dieux, & qu'ils avoient jugé digne de l'Apothéoſe.*

C'est *pourquoi, ſur le premier côté de notre Médaille, on voit la tête d'Auguſte, qui eſt tournée à droite, ceinte d'une Couronne raïonnée, pour marque & ſimbole de ſa Divinité; & ſur le contour on lit pour la même raiſon cette Legende:* LE DIVIN AUGUSTE PERE. *Sur le revers, où l'on ne voit autre choſe d'écrit que les deux lettres qui marquent l'ordre du Senat, paroît un Temple de figure ronde, & à ſix Colomnes. Aux deux côtés de ce Temple on remarque deux piedeſtaux, ſur chacun deſquels eſt une Victime, ſavoir un boeuf & un bélier. Comme ces animaux y ſont repréſentés en petit, les Antiquaires & les Deſſinateurs ont coûtume de s'y meprendre, & même en differente maniére; car les uns les prennent pour deux boeufs, & les autres pour deux béliers, ainſi que nous l'avons obſervé dans le Tréſor de Morel, à l'article des Médailles d'Auguſte; p. 346. Mais Pietro Santi-Bartolo a fort bien remarqué par l'inſpection de la Médaille de la Reine Chriſtine, qui s'eſt conſervée parfaitement belle & entiere, que les deux animaux qui ſont ſur ces piedeſtaux, étoient de différente eſpèce. En effet, le taureau ou le boeuf parmi ce qu'on apelle gros bétail, & le bélier parmi le petit, paſſoient pour les Victimes les plus excellentes & les plus dignes d'être offertes aux Dieux. D'où*

D'où vient qu'Antipater, après avoir dit au Liv. I. de ses Antholog. qu'il étoit facile d'appaiser Mercure, ajoûte en parlant d'Hercule, selon la version de Scaliger : Il n'en est pas de même d'Alcide, il faut lui offrir un bélier, ou un agneau gras, ou quelqu'autre animal choisi d'un troupeau.

log. Mercurium facile placari dixisset, de Hercule haec subjicit, Scaligero interprete :

Non sic Alcides, aries vel agnus opimus
Poscitur, aut aliquo de grege lecta pecus.

PLANCHE II.

Qui contient les Médailles D'AUGUSTE après son Apothéose, de LIVIE ou de JULIE, de TIBERE & de CESAR.

Medaille Premiere, & suivantes.

Les *Médailles qui se trouvent tout de suite dans cette Planche, depuis la premiére jusqu'à la neuvième, ont toutes raport aux honneurs qui furent rendus à Auguste après sa mort & son Apothéose. Elles ont toutes été frappées sous Tibere, soit à Rome, soit dans les Colonies. Celle qui paroît la premiére en rang, nous fait voir sur l'une de ses faces une Couronne Civique, & le contour extérieur est chargé d'une Inscription Latine qui porte que* le Sénat & le Peuple Romain *voue & dédie cette Couronne* AU DIVIN AUGUSTE. *On voit la suite & la fin de cette même Inscription dans le champ de la Médaille, où on lit ces paroles, renfermées dans la Couronne : POUR AVOIR CONSERVE LA VIE DES CITOYENS. Au bas l'on voit deux Capricornes dont les queuës sont jointes ensemble, & au dessous est représenté le globe de la Terre. L'autre côté de la Médaille nous apprend, qu'elle a été frappée à Rome sous Tibere, par l'ordre du Sénat: car on voit dans le champ de la Médaille ces deux Lettres S. C. & dans le contour on trouve cette Legende:* Tibere César, Fils du Divin Auguste, Auguste, & Souverain Pontife, dans l'année XXXIIX. de ses Puissances Tribunitiennes.

Le *Sénat & le Peuple Romain voulurent par cette Médaille immortaliser la mémoire d'Auguste, & témoigner par-là, que, s'ils l'avoient admiré & loüé pendant sa vie comme le vainqueur de ses Ennemis & comme le libérateur des Citoyens, ils ne dou-*

TABULA II.


Qua continentur Numismata DIVI AUGUSTI, LIVIAE sive JULIAE, TIBERII atque CAESARIS.

Num. I. & seqq.

Qui perpetua serie sequuntur in hac Tabula nummi, a primo usque ad nonum, honores Divo Augusto post mortem & Apotheosin habitos, complectuntur; sunt autem omnes sub Tiberio Romae, vel in Coloniis cusi. Atque inter illos is, qui primo occurrit loco, ab altera parte Coronam exhibet Civicam, in cujus ambitu exteriore haec adest inscriptio, DIVO AVGVSTO *Senatus PopulusQue Romanus.* Pergit deinde atque absolvitur eadem inscriptio in media nummi area intra Coronam Querneam sive Civicam, OB CIVES SERVATOS. In ima nummi parte duo sunt Capricorni junctis caudis, atque subtus cernitur Terrarum globus. Sub Tiberio, jussu Senatus Romani fuisse signatum, docet altera nummi pars, cujus mediam aream Senatus Consulti nota occupat, circulus vero, seu ambitus exterior nummi, sic inscribitur, TI*berius* CAESAR DIVI AVG*usti Filius* AVGVST*us Pontifex Maximus* TR*ibunitia* POT*estate* XXXIIX.

Memoriam Divi Augusti nummo hoc consecratam voluit Senatus Populusque Romanus, quem sicuti vivum, ut debellatorem hostium fuerat admiratus, atque laudaverat ut liberatorem civium;


TAB. II.
1.
DIVO AVGVSTO S P Q R
OB CIVES SER
S·C
2.
DIVO AVGVSTO S P Q R
S·C
3.
DIVVS AVGVSTVS PATER
S·C
4.
5.
6.
TATIS
7.
7.
TATIS
8.
T. T.
9.
IVLIA AVGVSTA GENETRIX
10.
S.P.Q.R. IVLIAE AVGVST
S·C
11.
MODERATIONI
12.
13.
ROM ET AVG
14.



vium; ita nunc quoque, inter Deos relatum, videri volebat curam urbis Romae civiumque in coelo gerere. Hinc Civicam ipsi sive Querneam Coronam consecrat; hinc in fatis fuisse praedicat, ut qui sub horoscopo Capricorni fuisset natus, orbi Terrarum dominaretur. Id contigisse Augusto; atque ita merito ut Deum, Romani Orbis tutelarem, esse colendum. Non semel sub Tiberio, ut adoptivi patris commendaretur subditis Numine, repetitus in aere magno fuit hic typus, sicuti patere potest ex variis in iisdem nummis Tribuniciae potestatis numeris, cujus generis plures, sicuti & hunc ipsum in Museo nostro possidemus.

II. Suspendi ante fores Palatii Augusti atque Imperatorum solebant Coronae Querneae atque ingentes rami laurei, neque postes Templi, quod Augusto Romae post Apotheosin erectum fuit, eisdem caruisse videntur. Verum majori ambitione defunctorum honor & memoria celebrari quotannis solebat in pompis Circensibus. In quibus omnibus Deorum imagines in thensis suis procedere longa solebant pompa & magnifico ornatu; deinde additi Divis Imperatores quondam Romani, quique ex eorundem Domo inter Divos relati erant. Primum, qui ante Imperatoriam Caesarum Romanorum majestatem, se hominem esse oblitus, similes, & quidem vivus vidensque, honores ambitiose aucupatus fuerit, exstitisse Philippum, Macedoniae Regem, Alexandri Magni patrem, accepimus. De eo enim, novissimo vitae tempore, quum nuptias cum Cleopatra Attali nepte celebraret, scriptum invenio, quod praeceperit; ut inter transvehendam Deorum Graecorum pompam, sua quoque imago, tamquam decimi tertii in Coelitum numero, transveheretur. Luculenter id posteritati tradidit Diodorus Siculus Lib. XVI. p. 480. Τέλος δὲ τοῦ πότου διαλυθέντος, καὶ τῶν ἀγώνων κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὴν ἀρχὴν λαμβανόντων, τὸ μὲν πλῆ-

doutoient qu'étant maintenant placé dans le Ciel parmi les Dieux, il ne prît un soin particulier de la Ville de Rome, & de ses Citoyens qu'il avoit toûjours chéris tendrement. C'est pourquoi ils lui consacrent une Couronne de chêne, autrement une Couronne Civique. C'est encore pour la même raison qu'ils insinuent qu'il étoit écrit dans le livre du Destin que celui qui naîtroit sous le Signe du Capricorne, deviendroit le Maître du Monde; que c'est ce qui étoit arrivé à Auguste, & qu'il étoit juste par conséquent de l'honorer comme le Dieu tutélaire de l'Empire Romain. Tibere, dans la vûë de se concilier d'avantage le respect & l'affection de ses sujets, fit frapper plusieurs fois & à diverses reprises des Médailles en grand bronze avec ce même tipe, ainsi qu'il paroît par les années différentes de sa Puissance Tribunicienne, qui y sont marquées. Nous en possedons plusieurs de cette sorte, aussi bien que celle dont on vient de parler.

II. On *avoit coûtume de suspendre des Couronnes de chêne, & des branches de laurier devant la porte du Palais d'Auguste & des Empereurs, & il semble que la même chose se soit pratiquée devant la porte du Temple qu'on avoit bâti dans Rome à l'honneur d'Auguste après son Apothéose. Mais on célébroit avec beaucoup plus d'appareil & d'éclat la mémoire des Empereurs défunts, pendant la solemnité des Jeux du Cirque; car on portoit alors en procession avec beaucoup de pompe & de magnificence les simulacres des Dieux sur des espéces de brancarts ou de petits chars. Les statuës des Empereurs Romains & des autres Personnes de la même Famille, qui avoient été placés solemnellement parmi les Dieux, paroissoient ensuite, & dans le même appareil que les premiéres. Philippe, Roi de Macedoine & Pére du Grand Alexandre, semble avoir été le premier qui ait ambitionné de se faire rendre cette sorte d'honneur, même de son vivant. Car l'Histoire fait mention que sur la fin de sa vie, savoir pendant ses nôces avec Cléotre, niéce d'Attalus: l'Histoire fait, dis-je, mention qu'il ordonna dans cette occasion, qu'aux statuës des douze grands Dieux, qui devoient y être portées en parade avec grande pompe, on ajoutât aussi la sienne, & qu'on la mît à la suite des autres, comme celle d'une treiziéme Divinité. C'est du moins un fait raporté par Diodore de Sicile, qui nous en a donné un détail très-circonstancié. Voici ce que cet Historien dit à ce sujet:* Enfin le festin étant fini & tous les convives étant sortis de table, comme il s'agissoit de recommencer les jeux & les autres divertis-

semens

semens pour le lendemain, il y eut un concours & une affluence extraordinaire de monde au théatre. On y fit montre & on y porta en parade avec un appareil magnifique & très somptueux les Images des douze grandes Divinités de la Gréce, lesquelles avoient été faites de main de maître & travaillées avec un très-grand art: Elles étoient aussi parées & ornées d'habits très-précieux, enrichis d'or & de pierreries. Après ces douze statuës parut aussi celle de Philippe: elle faisoit la treiziéme en nombre, mais elle n'étoit pas moins richement ornée que les autres, & rien n'y manquoit de tout ce qui peut désigner la statuë d'une Divinité. Par où le Roi se mettoit lui-même au nombre des Dieux, & s'arrogeoit une puissance & une majesté égale à la leur. *C'est de la même maniére que César Auguste, Empereur Romain, tant par la flatterie du Peuple que par le consentement du Sénat & la permission de Tibére, fut représenté sur cette magnifique Médaille comme le Collegue des douze grands Dieux, que les Romains invoquoient & adoroient comme les Patrons & les Défenseurs de leur République. Je conserve dans mon Cabinet deux de ces sortes de Médailles, savoir celle-ci & une autre très-belle, qui marque pour son époque la* XXVII. *Puissance Tribunicienne de Tibére. Auguste donc, pour y revenir, est représenté sur notre Médaille avec toutes les marques extérieures d'une Divinité. On l'y voit assis sur un siége curule, la tête raionnée, tenant un rameau de laurier dans la main droite, & une haste dans la gauche: qui sont tous simboles de sa Divinité recemment acquise. Car on sait ce que dit Lucain à ce sujet, en parlant des Chefs de la guerre civile*, L. VII. v. 458. Rome honorera leurs manes de foudres, de raïons, & d'astres. *C'est-à-dire que Rome devoit les mettre après leur mort au rang des Dieux. Mais il se peut bien faire aussi, que, pour ce qui regarde la Couronne radiale, on ait voulu faire allusion à la fable d'Apollon, qui plaisoit merveilleusement à Auguste, comme on peut voir dans Suetone*, Chap. LXXIX. & XCIV. *Ovide, parlant d'Apollon, ou de Phoebus, dans la* IV. *de ses Héroïd., met ces paroles dans la bouche de Phédre:* Dequoi me sert que mon Ayeul, dont le char enflammé produit la lumiere & la chaleur du jour, ait le front environné de raïons. *Le simulacre ou la statuë d'Auguste est assise sur un siége curule, ayant un marche-pied dessous les pieds. Son char est tiré par quatre élephans, qui ont chacun leur conducteur: comme pour marquer qu'Auguste avoit surpassé en gloire* &

πλῆθος ἔτι νυκτὸς οὔσης συνέτρεχεν εἰς τὸ θέατρον, ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ τῆς πομπῆς γενομένης σὺν ταῖς ἄλλαις ταῖς μεγαλοπρεπέσι κατασκευαῖς, εἴδωλα τῶν δώδεκα Θεῶν ἐπόμπευε, ταῖς δὲ δημιουργίαις περιττῶς εἰργασμένα, καὶ τῇ λαμπρότητι τοῦ πλούτου θαυμαστῶς κεκοσμημένα. σὺν δὲ τούτοις, αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου τρισκαιδέκατον ἐπόμπευε θεοπρεπὲς εἴδωλον, σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα Θεοῖς. *Soluto tamdem convivio, cum ludi in diem proximum redintegrandi essent, ingens turba, durante adhuc nocte, in theatrum concurrit. Ubi cum cetero adparatu sumtuosissimo duodecim imagines Deorum praeferuntur, quam artificiosissime confectae, & splendidissimo rerum pretiosarum cultu mirifice exornatae. Inter has decimum tertium Philippi simulacrum, divino per omnia habitu ostentatur. Quo consessus in Deorum Senatu majestatem sibi Rex adrogabat.* Eodem igitur modo Romanus Imperator, Caesar Augustus, adulatione Vulgi, consensu Senatus, & permittente Tiberio, tamquam duodecim Deorum, Romanae Reipublicae custodum statorumque σύνθρονος, in magnifico hoc nummo (cujus generis & hunc & alium pulcherrimum, cum nota Tribuniciae potestatis XXVII. in Museo nostro possidemus) exhibetur; Dei videlicet habitu considens in sella, capite radiato, dextra laureum gestans ramum, laeva hastam, propriis Divinitatis recens adquisitae symbolis. Notum illud Lucani VII. 458.

> *Fulminibus manes, RADIISque ornabit & astris.*

Sive *Flaminibus*, ut amat novissimus Interpres. At simul in Corona Radiata potuit quoque ad fabulam de Apolline, qua mire sibi, dum vixit, placuit Augustus (vide Sueton. in Aug. cap. LXXIX. & XCIV.) adludi. Ovidius de Apolline, Heroid. IV. 159.

> *Quod sit avus radiis frontem vallatus acutis,*
> *Purpureo tepidum qui movet axe diem.*

Ipsum Augusti simulacrum, Deorum ritu subpositum pedibus habens scabellum, sellae insidet, inposita elephantorum

rum quadrigis, cum quatuor rectoribus: Caecilii Metelli videlicet & priſcorum Romanorum Ducum, qui monſtra ejuſmodi Africana Populo Romano, ad ejus hilaritatem ſuamque gloriam ſpectanda dederant, longe ſupergreſſus famam atque merita. Currus ipſe corollis & lemniſcis, & in hoc & in meo nummo (multi enim ibi detriti ſunt) feſtive exornatur. Epigraphe ſuper elephantos eorumque rectores haec eſt: DIVO AVGVSTO *Senatus PopulusQue Romanus*. Alteram nummi partem Senatus Conſulti nota in ipſa area, in circuitu, haec occupat inſcriptio: TI*berius* CAESAR DIVI AVG*uſti* F*ilius* AVGVST*us* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* POT*eſtate* XXXIIX. ex quibus cuſi nummi tempus facile agnoſci poteſt, videlicet ultimo Tiberii anno atque ab U. C. 790. N. C. 37.

III. Quod in praecedenti nummo ſimulacrum Auguſti, utpote thenſae ſeu quadrigis elephantorum inſidens, prae reliquo ornatu, qui una ibidem exprimitur, minori occurrit filo, in hoc tertio hujus Tabulae amplius majuſque cernitur. Plane enim idem univerſi corporis ornatus conſpicitur; in pictura igitur ſimulacri (quod clare utroque ex meis docente, animadvertere licet) togatam Divi Auguſti cognoſcimus Statuam, ſicut ad talos uſque defluat Romana veſtis; non vero militari habitu ejuſdem in curru Simulacrum (uti apud nonnullos Antiquarios factum obſervavi) depingi debere. Juxta Statuam Auguſti Ara cum foco accenſo cernitur, Divinitatis rurſus ſymbolum. Inveniuntur quoque alii ejuſdem magnitudinis atque eodem typo nummi, qui Aram omittunt; utriuſque generis apud Antiquarios obſervavi atque in Muſeo meo ſervo. In ambitu ſcribitur DIVVS AVGVSTVS PATER. Ex averſae partis inſcriptione patet numiſma hoc ex genere eſſe reſtitutorum. Ibi enim literae S. C. mediam aream occupant, ſed in circulo ſcribitur IMP*erator* T*itus* CAES*ar* DIVI VESP*aſiani* F*ilius* AVG*uſtus* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* POT*eſtate* CO*n-*

& en mérite les Metellus & les autres anciens Capitaines Romains, qui avoient amené ces monſtres d'Afrique, pour les faire ſervir à leurs triomphes, & pour en donner le ſpectacle au Peuple Romain. Ce char eſt agréablement orné de guirlandes & de rubans, comme on le voit dans cette Médaille, auſſi bien que dans la mienne; car il y en a pluſieurs où ces ornemens ſont effacés. Au-deſſus des élephans & de leurs conducteurs on lit cette inſcription. Le Sénat & le Peuple Romain, au Divin Auguſte. *Dans le champ du Revers on voit la marque de l'ordonnance du Sénat, & le contour eſt chargé de cette Légende:* Tibére Céſar, Fils du Divin Auguſte, Auguſte, Souverain Pontife, & dans ſa XXXIIX. Puiſſance Tribunicienne. *Par où il eſt aiſé de reconnoître en quel tems cette Médaille fut frappée, ſavoir la derniere année de Tibére, la 790. de la Fondation de Rome, & la 37. depuis la Naiſſance de J. C.*

III. Auguste *étant repréſenté dans la Médaille précédente ſur un char tiré par quatre élephans, ſon image ou ſa ſtatuë n'y peut occuper qu'un très-petit eſpace, à cauſe des autres figures & ornemens qui l'accompagnent; mais dans celle-ci, qui eſt la troiſiéme de cette Planche, ſon portrait y eſt tracé en plus grand volume. A cette ſeule difference près, ces deux figures ſe reſſemblent parfaitement. Or la derniere eſt revétuë de la toge Romaine, qui lui deſcend juſqu'aux talons, comme il eſt facile de le remarquer dans les deux Médailles que j'ai. Ainſi la ſtatuë d'Auguſte ſur le char ne doit pas être dépeinte en habit militaire; c'eſt néanmoins une faute que j'ai remarquée chez quelques Antiquaires. Auprès de la ſtatuë d'Auguſte on voit un Autel avec un foyer qui y eſt joint, autre ſimbole de ſa Divinité. On trouve encore d'autres Médailles de la même grandeur & avec le même tipe, mais ſans Autel. J'en ai vuës chez les Antiquaires, & j'en garde dans mon Cabinet de l'une & l'autre ſorte. Sur le contour on lit ces paroles: LE DIVIN AUGUSTE PERE. Le Revers nous apprend que cette Médaille eſt du nombre de celles qu'on apelle* reſtituées. *En effet ſi, après avoir jetté les yeux ſur le champ, où l'on ne voit que ces deux lettres S. C., on conſidere ce qui eſt écrit ſur la circonference, on pourra y déchifrer une Légende, dont voici le ſens:* L'Empereur Tite Céſar, Fils du Divin Veſpaſien, Auguſte, Souverain Pontife, jouïſſant de la Puiſſance Tribunicienne, Conſul, a reſtitué, *ou renouvellé*

vellé cette Médaille. Sur laquelle Légende il est à propos de remarquer, que dans la Médaille dont nous donnons ici la description, le mot abregé REST. se trouve placé avec les autres dans la circonference; mais j'en ai vû d'autres dans les Cabinets des curieux, & j'en possede moi-même quelques-unes de cette espèce, où ce mot est écrit dans le champ au-dessus de ces deux lettres S. C. Cela provient de ce que la Légende de ces Médailles est composée d'un plus grand nombre de lettres, à cause que le VIII. *Consulat de Tite y est marqué; ce qui ne se trouve point sur la nôtre. De plus, ces Médailles restituées nous apprennent, qu'il y en a eu d'autres auparavant frappées sous Tibere avec le même tipe. En effet il s'en trouve encore aujourd'hui de cette derniere espèce dans les Cabinets des Antiquaires, & j'en possède une qui porte cette Légende:* Tibére César, Fils du Divin Auguste, Auguste, Souverain Pontife, de ses Puissances Tribuniciennes la XXIIII. *Les deux Lettres S. C., qui marquent l'Arrêt du Sénat, occupent de même le milieu du champ.*

IV. NOUS *venons de voir les honneurs qui furent rendus à Auguste après son Apothéose dans la Capitale de l'Empire; mais les Médailles qui suivent, exigent que nous passions maintenant aux Colonies, où lesdites Médailles furent frappées pour célébrer la consécration d'Auguste, & les honneurs divins qui lui furent décernés.*

CELLE *qui paroît ici à la tête des autres, a été frappée en Espagne, de même que toutes celles qui suivent dans cette Planche, & dans une Ville appellée AUGUSTA EMERITA. Cette Ville étoit située dans la Lusitanie, (aujourd'hui Portugal) auprès du fleuve Anas (à présent Guadiana.) Elle fut d'abord habitée par des véterans, qu'Auguste avoit exemptés du service militaire après la guerre de Biscaye. C'est de-là que lui vint le nom d'EMERITA, à cause de ses premiers habitans, qui avoient mérité par leurs services passés d'être dispensés de porter davantage les armes; & elle reçut le surnom d'AUGUSTA, à cause d'Auguste fondateur de cette Colonie. Le tipe représente les portes & l'enceinte de la Ville, fortifiées de murailles & de tours. Au-dessus des portes on lit cette Inscription: AUGUSTA EMERITA. Sur la première face on voit la tête d'Auguste, ceinte d'une Couronne radiale, & tournée du côté droit, avec cette Légende: LE DIVIN AUGUSTE CÉSAR PERE. Outre cette Médaille, qui*

CO*n*S*ul* REST*ituit*. In qua ipsa Inscriptione observari velim, in hoc quidem Christinae Reginae nummo, ultimas illas literas REST*ituit* in eodem circuli ambitu locari, in aliis vero nummis, quos & apud alios observavi, & ipse possideo, subtus atque supra Senatus Consulti notam scribi, illis videlicet, qui consulatus Titi numerum VIII. adscribunt, adeoque oram nummi pluribus implent literis. Insuper iidem hi restituti nummi docent jam ante sub Tiberio similem typum in Augusti exstitisse nummis, quales videlicet etiamnum servant Antiquarii, & qualem in Museo meo habeo cum hac inscriptione: TI*berius* CAESAR DIVI AVG*usti* F*ilius* AVGVST*us* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* POT*estate* XXIIII. occupante itidem nummi aream Senatus Consulti nota.

IV. VIDIMUS, qualis Augusto post ejusdem Apotheosin, in ipsa Urbe fuerit honos habitus, transire nunc jubent nos Numismata ad Colonias, in quibus eadem de caussa pluribus typis Consecratio atque divinus Augusti, post mortem, cultus exhibetur.

PRIMUM inter id genus Numismata occurrit cusum (prouti cuncta quae in hac adparent Tabula) in Hispania, & quidem in urbe Augusta Emerita. Sita fuit eadem in Lusitania, juxta Anam fluvium. Conlocati in eadem fuerunt milites veterani, quibus, post bellum Cantabricum, laborum & militiae requiem atque vacationem dedit Augustus; unde dicta fuit EMERITA a militibus emeritis stipendiis ibidem conlocatis; insuper a Coloniae conditore Augusto accepit AVGVSTAE cognomen. Portas civitatis atque ambitum ejusdem muris & turribus firmatum ostendit ipse typus, inscripto supra portas nomine AVGVSTA EMERITA. Partem nummi priorem conditoris radiatum caput, dextram versus conversum occupat, cum hac in circuitu epigraphe: CAES*ar* DIVVS AVGVSTVS PATER. Praeter hunc nummum, quem nostrum quo-

quoque ſervat Muſeum, poſſidemus alium, primae itidem magnitudinis, eo quoque praeter nummorum hujuſmodi primae formae a Vaillantio adſcriptam rarietatem, inſignem, quod diſcrepet a Begeriano, ſive tertio nummo primae magnitudinis, in quo quidem, ſicuti in noſtro, caput Divi Auguſti radiatum verſus laevam convertitur, & ante faciem habet fulmen, in ſummo vertice aſtrum, atque hanc in ambitu inſcriptionem, DIVVS AVGVSTVS PATER, ſed quod, reſpectu averſae partis, diſcrepat. Apud Begerum enim Tom. II. Theſ. Brand. pag. 607. depingitur ſimilis typus, exhibens portas urbis totidem atque utrimque duabus firmatas turribus, praeterea ambitum murorum, quaſi extenſa in longum figura quadrata, geminis item turribus munitum; verum in noſtro circulum facit ſemirotundum iſte murorum ambitus, atque quinque inſtruitur turribus, quatuor vero ſupra portas urbis (ſicuti numiſma Reginae Chriſtinae) exhibet, praeterea inſcriptionem in epiſtylio portarum AVGVSTA EMERITA. qua inſcriptione caret numiſma Brandenburgicum ſive pictura Begeriana; quae rurſus in eo a nummo noſtro diſtinguitur, quod in circuitu vel ora ipſius nummi hanc exhibeat inſcriptionem: COL*onia* AVGVSTA EMERITA. Sed noſtrum, ab utraque ſane parte optime ſervatum, nullam habet ibi in circuitu, habuitve, inſcriptionem. Adeoque tres, diverſa pictura primae magnitudinis nummi, qui plurimum iis, qui ſecundi vocantur moduli, praeſtant, Coloniae Auguſtae Emeritae Antiquariam ſuppellectilem augent.

V. Coloniam Auguſtam Emeritam excipit Caeſarea Auguſta, quae urbs eſt Hiſpaniae Tarraconenſis prius Salduba dicta, atque ad Iberum amnem ſita. Divi Auguſti caput radiatum verſus dextram partem oſtentat, cum inſcriptione DIVVS AVGVSTVS PATER, ab altera parte Divinitatis ejuſdem ſymbolum, Fulmen eſt, cum telis & quadriſulcis ignitis cuſpidibus; literae hae initiales leguntur in area, C*olonia* C*aeſarea*

qui ſe trouve auſſi dans mon Cabinet, j'en poſſéde encore une autre qui eſt pareillement de la première grandeur. Cette derniere eſt conſidérable, non ſeulement à cauſe de la rareté que Mr. Vaillant attribuë à ces ſortes de Médailles, mais auſſi à cauſe de la différence qui ſe trouve entre elle & celle de Mr. Beger. A la vérité elles ſont tout à fait ſemblables par raport au premier côté; car elles repréſentent toutes deux la tête d'Auguſte, raïonnée & tournée vers la gauche, avec un foudre devant la face, une étoile au-deſſus du front, & avec cette Légende: LE DIVIN AUGUSTE PERE. *Mais elles different quant au revers; car, dans celle de Mr.* Beger, Tom. II. de ſon Tréſor de Brandeb. p. 607. *les portes de la Ville ſont fortifiées chacune de deux tours. De plus les murs, qui ſont auſſi fortifiés de deux tours, paroiſſent s'étendre en ligne droite, & former un quarré long. Au lieu que dans la nôtre l'enceinte des murs décrit un demi-cercle; ils ſont flanqués de cinq tours, dont il y en a quatre ſur les portes de la ville (ce qui eſt auſſi de même dans la Médaille de la Reine Chriſtine.) On voit de plus cette Inſcription ſur l'architrave des dites portes:* AUGUSTA EMERITA. *Laquelle Inſcription ne ſe trouve point ſur la Médaille de Brandeb., telle que l'a fait graver Mr. Beger: mais ce qui la diſtingue encore de la nôtre, c'eſt qu'elle porte cette Légende ſur ſon contour:* LA COLonie D'AUGUSTA EMERITA. *Au lieu que la nôtre, qui eſt pourtant fort bien conſervée des deux côtés, n'a jamais eu aucune Légende. Ainſi, voilà trois différentes Médailles de grand bronze, qui ſurpaſſent de beaucoup celles qu'on appelle de moïen bronze, que Mérida peut compter parmi les monumens qui nous reſtent de ſon antiquité.*

V. Apre's *la Colonie de Mérida vient celle de Sarragoſſe, Ville de l'Eſpagne Tarraconnoiſe, appellée auparavant Salduba & ſituée ſur l'Ebre. Cette Médaille nous repréſente la tête d'Auguſte, raïonnée & regardant vers la droite, avec cette Légende:* LE DIVIN AUGUSTE PERE. *Sur le Revers il y a un foudre avec des dards & quatre pointes enflammées: ce qui eſt un ſimbole de ſa Divinité. Au milieu du champ ſe trouvent trois lettres initiales, qui ſignifient:* La Colonie de Sar-

Sarragoſſe ; *& le circuit eſt chargé de cette Légende :* *SCIPION ET MONTANUS IIVIRS.*

VI. VII. Voici *d'autres Médailles, qui font la ſixième & la ſeptième de cette Planche, qu'une autre Ville & Colonie d'Eſpagne fit frapper à l'honneur de ſon Fondateur & pour célébrer ſa Divinité. On voit dans toutes les deux un Temple très-ſuperbe, avec cette Légende autour :* La Colonie Victorieuſe & Togée de Tarragone à l'Eternité Auguſte. *On ne voit aucune différence entre les Revers, ſi ce n'eſt qu'il y a un Temple, ſoit à dix colomnes, ainſi que prétend Mr. Vaillant, Tom. I. p.* 65., *ou à neuf, ſelon ce que j'ai pû remarquer ſur la Médaille de la Reine Chriſtine, avec deux Autels poſés aux deux extremités du Temple, & qu'on a oubliés dans les figures que Mr. Vaillant & d'autres ont fait graver de cette Médaille. La première face de la ſixième Médaille offre à la vüë la tête d'Auguſte, raïonnée & entierement ſemblable à celle qu'on voit dans la* V., *& avec la même Inſcription :* *LE DIVIN AUGUSTE PERE.* *Pietro Santi-Bartolò n'a pas gravé ce premier côté de notre Médaille, parce qu'il étoit tout ſemblable à celui de la précédente, & qu'il ſe trouvoit des Médailles de la moïenne grandeur qui en enſeignoient la figure & la Légende, comme on le peut voir chez Mr. Vaillant, Tom.* I. *p.* 85. *& à la pag. ſuiv.* 86. *il dit que* cette Médaille de moïenne grandeur doit être comptée parmi les plus belles & les plus curieuſes ; *car il n'en connoiſſoit pas encore de la première grandeur, telle qu'eſt celle-ci, laquelle eſt auſſi beaucoup plus rare. De plus le* Muſeum Theupol. Tom. I. p. 654. *décrit une Médaille ſemblable à celle-ci, que l'Editeur prétend être de la première grandeur, & ſur laquelle il ne compte que huit colomnes.*

L'autre *Médaille, qui porte cette Légende :* *AU DIEU AUGUSTE, au lieu de la tête d'Auguſte nous repréſente ſa ſtatuë aſſiſe, tenant de la main droite une patére & de la gauche une haſte. C'eſt un fidele tableau ſans doute du ſimulacre d'Auguſte, qu'on adoroit dans le Temple qu'on lui avoit érigé en cette Ville. Cette ſtatuë eſt aſſiſe ſur un ſiége curule, vetuë d'une toge à la Romaine, & avec une Couronne radiale ſur la tête. Je trouve encore cette différence à l'égard des ornemens de la ſtatuë d'Auguſte, que Vaillant &*

rea Auguſta, atque in ora nummi haec occurrit epigraphe : SCIPIONE ET MONTANO IIVIR*is.*

VI. VII. Aliud haec in Hiſpania urbs & Colonia, pro cultu & divinitate conditoris ſui, ſed & ſuperbiſſimum oſtentat Templum, quod in nummo ſexto atque ſequenti ſeptimo agnoſcitur cum hac in circuitu inſcriptione : *Colonia Victrix Togata Tarraco* AETERNITAT*i* AVGVSTAE. Nullum inter averſas partes eſt diſcrimen, niſi quod ibi exſtet Templum decem, ut numeravit Vaillantius Tom. I. p. 65. ut nummus Reginae exhibet, novem ſubſultum columnis, duabus (quae in Vaillantianis aliiſque negliguntur picturis) in aditu Aris ad extrema Templi latera poſitis. Sed anterior prioris nummi ſive Num. VI. pars caput exhibet Auguſti radiatum, ſicuti praecedens Num. quinto, cum eadem plane inſcriptione, DIVVS AVGVSTVS PATER. Priorem, fateor, nummi partem non depinxit Petrus Santi-Bartolus, quoniam ſcilicet ſimilis erat praecedenti, & quoniam nummi ſecundi moduli ab aliis delineati inveniuntur, qui hanc capitis inſcriptionem picturamque docent, uti conſtat ex Vaillantio Tom. I. p. 85. qui ſequenti pag. 86. ſcribit : *Hic nummus minoris formae inter elegantiores conlocandus.* Primae enim formae, qualis hic, qui & longe rarior exſiſtit, notitiam tum quidem nondum habuit. Praeterea, tamquam primi moduli ſimilis huic nummus deſcribitur in Muſeo Theupol. Tom. I. p. 654. in quo ibidem Editor numerum columnarum octo exſiſtere ſtatuit.

Pro capite vero Auguſti nummus alter, (cum hac in circuitu inſcriptione DEO AVGVSTO) Statuam exhibet Dei Auguſti ſedentis, atque dextra pateram, laeva haſtam tenentis; qualis ſcilicet ejus colebatur in ſuo ibidem Templo imago; ſellae inſidet curuli, capite radiato, atque togata more Romano. Diſcrimen illud inſuper in Statuae Auguſti ornatu offendo, quod Vaillantius atque Morellius Auguſtum de-

depingunt, non pateram dextra, ſed globum, cui inſiſtit Victoriola, tenentem; ut adeo hic idem occurrat diſcrimen, quod mihi obſervare licuit in meo nummo. In altero enim ex nummis meis pateram manu tenet Auguſti ſimulacrum, in altero non pateram, ſed ramum habet. Quod notari meretur, ne pictoris erratum aliquis, diſcrepare neſcius nummos & ſtatuae ornatum, credat. Celeberrima fuit Urbs Tarraco Hiſpaniae citerioris maritima ad oſtia Tulcis, de qua vide Vallantium Tom. I. p. 65.

VIII. Tarracone illud memorabile accidit, ut in Ara Auguſti palma enata fuerit, de quo caſu lepidus exſtat Auguſti jocus, dum gratulantes ipſi de bono victoriae omine, hiſce corripuit, *Adparet, quam ſaepe accendatis*, ut ex Quinctiliano Inſtit. Orator. VI. 4. notavit inter alios Vaillantius Tom. I. p. 67. qui obſervat, poſt mortem Auguſti nihilominus Tarraconenſes id veluti ſemper-virentis gloriae Conditoris ſui ſymbolum retinuiſſe, atque nummos ſuos eodem exornaſſe. Pars anterior Num. 5. plane eſt ſimilis; pars altera inſcribitur C*olonia* V*ictrix* T*ogata* T*arraco*. In illa inſignis viſitur Ara, ex qua palmae ramus in arbuſculi formam excrevit. Ara ipſa varie in nummis ornata conſpicitur, dum forte diverſae ejus partes exprimuntur; nam, qui primus vulgavit, Anton. Auguſtinus Dialogo V. & poſt illum Jo. Vaillantius, corollam in adverſo planoque Arae latere depinxerunt, atque ſupra corollam binas Victorias, infra eamdem, binas pateras. Morelliana pictura diſcum ingentem cum lemniſco frugum atque ſceptro tranſverſim ſuper diſcum poſitis. At in Bartoliana delineatione offendimus diſcum cum corolla ſeu lemniſco frugum, quae crania duo bovina in ſummis partibus, atque infra diſcum duas pateras habere videtur. Tanta Numiſmatum ſive picturarum in iiſdem eſt varietas.

IX. Pulcherrimum hoc Numiſma

& Morel depeignent Auguſte tenant dans la main droite, non pas une patére, mais un globe ſur lequel il y a une petite Victoire: de ſorte qu'il ſe rencontre ici la même diverſité que j'avois déja obſervée dans deux des miennes. Car dans une de mes Médailles, la ſtatuë d'Auguſte tient une patére à la main, & dans une autre, ce n'eſt pas une patere qu'elle a dans la main, mais un rameau. Ce qui mérite d'être remarqué, de peur que quelqu'un, ne ſachant pas que ce ſont des ornemens différens de la ſtatuë qui ſe trouvent ſur diverſes Médailles, ne crût que ce fut une faute du Graveur. Tarragone fut autrefois une Ville très-célébre de l'Eſpagne citérieure, ſituée ſur le bord de la mer à l'embouchure du Tulce. Voïez la-deſſus Vaillant, Tom. I. *p.* 65.

VIII. Ce *fut à Tarragone qu'arriva cette hiſtoire memorable, ſavoir qu'une palme crût ſur l'Autel d'Auguſte: à l'occaſion de quoi l'on raporte un bon mot de ce Prince; car les Députés de Tarragone étant venus le féliciter ſur cet événement, comme étant un heureux préſage de la victoire, il leur repondit:* C'eſt une marque que vous n'y allumez guéres ſouvent du feu. *Quintilien fait mention de ce bon mot dans ſon* Inſtit. de l'Orat. VI. 4., *comme l'a remarqué entre autres Mr. Vaillant, qui obſerve que les Tarragonois regarderent néanmoins toûjours cet événement comme un augure & un ſimbole de la gloire immortelle de leur Fondateur, & qu'ils en ornerent leurs piéces de monnoye. La tête de cette Médaille eſt entiérement ſemblable à celle de la* V., *& le Revers porte cette Inſcription. C. V. T. T. c'eſt-à-dire*, La Colonie Victorieuſe & Togée de Tarragone. *On y voit un bel Autel ſur lequel un rameau de palme s'éleve en forme d'arbriſſeau. Cet Autel paroit différemment orné dans les Médailles, à cauſe peut-être qu'on a exprimé dans les unes des parties différentes de celles qui ſe trouvent ſur les autres; car Ant. Auguſtin, qui a le premier publié de ces Médailles dans ſes Dialogues, au Dialog. V., & après lui Jean Vaillant, ont dépeint ſur le devant de l'Autel une Couronne de fleurs, au-deſſus de cette Couronne deux Victoires, & au-deſſous deux patéres. Morel a repréſenté ſur cet Autel un grand plat avec un bouquet de fruits & un ſceptre, qui ſont poſés en croix ſur ce plat. Mais dans la figure qu'en a gravée Santi-Bartolo, nous trouvons un plat avec une Couronne de fleurs ou de fruits, & il ſemble qu'il y ait deux cranes de boeufs au-deſſus, & deux patéres au-deſſous du plat: Tant il y a de varieté dans les Médailles, ou dans les peintures qu'on en a faites.*

IX. Cette *magnifique Médaille de grand bron-*

ze nous représente la face de Livia Augusta, qui portoit alors le nom de Julie, à cause qu'elle avoit été adoptée dans la Famille Julia par le Testament d'Auguste; car cette Médaille n'a été frappée qu'après la mort & l'apothéose de cet Empereur. C'est pourquoi l'on voit d'un côté la tête d'Auguste avec une Couronne radiale & le titre de Divin. *Mais ce qui rend ce tipe fort remarquable, c'est qu'Auguste y est représenté, non seulement avec un foudre devant lui, (ainsi que cela se pratiquoit pour Jupiter, Apollon, & les autres grands Dieux,) mais aussi avec un astre au dessus de la tête, soit qu'on ait voulu marquer par-là l'étoile de Venus dont la Race Julia prétendoit tirer son origine, ou la constellation du Divin Jule, qui paroît sur plusieurs Médailles d'Auguste. Je crois cependant que c'est plutôt l'astre d'Apollon; car, sans recourir ici à la fable qui faisoit descendre Auguste de ce Dieu, il se peut fort bien faire qu'on ait voulu comparer ce Prince au Soleil, puisque de l'autre côté de la Médaille on compare Julie ou Livie à la Lune. En effet elle a sur le devant de la tête un croissant, & au dessous du col on voit un globe qui représente celui de la terre; & toute cette emblème est expliquée par la Légende qui se trouve sur le contour, & qui contient ces paroles: JULIE AUGUSTE MERE DU MONDE. C'est donc l'Empire Romain, qu'on apelloit alors le monde, qui est désigné par cette emblème. On a voulu dire par-là, que, comme tout ce que la terre nourrit doit sa vigueur & son accroissement à la chaleur du Soleil & à la temperature de la Lune; de même l'Empire Romain florissoit & s'augmentoit par la protection d'Auguste & par la douceur bienfaisante de Julie mére de Tibére César. Peut-être aussi qu'on a voulu faire allusion à la puissance de Venus, Déesse des générations & productions; sujet sur lequel Lucréce s'étend beaucoup au commencement de son Liv. I. Du moins la Couronne, dont la tête de Julie est ceinte, nous donne sujet de conjecturer, qu'on a peut-être ici comparé Julie à cette Déesse; car les feuilles de cette Couronne peuvent être aussi bien prises pour des feuilles de mirthe que pour des feuilles de laurier, à cause de leur petitesse. D'où il est arrivé que les Antiquaires ont représenté la tête de Julie nuë sur cette Médaille, comme on peut voir chez Jean Vaillant en deux endroits, savoir aux Médailles des Colonies d'Auguste, & à celles de Livie. André Morel même, qui est d'ailleurs si exact, ne l'a point depeinte d'une autre maniére, comme on voit dans son* Trésor, *à*

ma in magno aere nobis faciem ostendit Liviae Augustae, quum per adoptionem in Gentem Juliam transiisset, atque inde deinceps Julia vocaretur. Factum id fuit ex testamento Augusti, & post Augusti mortem atque Apotheosin. Hinc Divi titulo in altera nummi parte occurrit Augustus, atque cum radiata effingitur corona. Inlustris vero maxime est typus, quod Augusto, corona, ut dixi radiata ornato, non modo adpingatur fulmen, tamquam Jovi vel Apollini, aut alii ex Diis Majoribus, verum insuper astrum, sive illud de Veneris stella, unde Gens Julia ducebat originem, capere velimus; sive de sidere Divi Julii, quod in multis Augusti nummis comparet. Potius tamen existimo sidus esse Apollinis; nam Apollini sive Soli optime comparatur Augustus (ut fabulosam ejus ex Apolline originem omittam) in hoc Numismate, quia Lunae comparatur in eodem ab altera parte Julia sive Livia. Ejus enim verticem Luna crescens, sicuti Augusti caput Solis ornat sidus. Et quidem Globus, designans Orbem Terrarum, subjicitur collo Juliae, sic ut universum emblema explicetur per inscriptionem quae in ambitu nummi exstat. Ea sic concipitur: IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Prouti igitur calore Solis & temperatura Lunae crescunt atque vegetantur quae tellus alit, sic Orbis Romanus designatur hoc emblemate, tamquam qui feliciter agat & augeatur sub tutela atque benignitate Divi Augusti, atque matris Tiberii Caesaris Juliae. Neque me fugit forte adludi simul posse ad potentiam Veneris Genetricis, de qua plura hoc respectu habet Lucretius in initio Lib. I. Cui adsimilari Liviam corona, quae caput ambit, docere potest, aeque enim Myrtea folia (utpote minora in ipso nummo) quam Laurea videri possunt. Atque inde factum est, ut passim apud Antiquarios Juliae caput in hoc nummo nudum depingatur, sicuti bis cerni potest apud Jo. Vaillantium, in Nummis Coloniarum Augusti, atque iterum in

in eiſdem Liviae. Imo non aliam picturam adcuratiſſimus caetera Andr. Morellius in Theſauro ſuo, ad Auguſti, atque ad Liviae nummos dedit. Quare quum in hac pictura, a Santi-Bartolo profecta, cernerem caput Juliae Corona laurea aliave exornari, diligenter contuli Numiſma, quod ipſe, omnibus numeris abſolutum atque pulcherrimum poſſideo, atque clariſſime vidi Coronae, ſive Laureae ſive Myrteae folia, nullo aeris vel alterius materiae adtritu laeſa, ſed aliquanto tenuiora quam heic delineata cernas, ſic ut quoque comtior capillus denſitate ſua dimidiam fere partem foliorum primi juxta tempus & aurem ordinis, elevatione ſua obtegat; ut haud mirum ſit, vel mediocriter laeſos & adtritos ibidem nummos Antiquariis conſpectum Coronae ſive Laureae, ſive Myrteae, invidiſſe. Juxta caput Auguſti adſcribitur, PERMiſſu DIVI AVGuſti COLonia ROMulea. De Colonia Romulea, quae & Hiſpalis fuit dicta, Hiſpaniae Baeticae ad fluvium Baetin, conſule Vaillantium de Colon. Tom. I. p. 62. & adde Commentarios noſtros ad Andr. Morell. Theſ. Numm. Impp. XII. Tom. I. p. 478. ubi, quae Jo. Triſtanus a Sancto-Amante ſuper hujus nummi typum ſcripſit, quoque protulimus.

X. Quae marito Auguſto pluribus annis ſuperſtes vixit Julia Auguſta, Tiberii Caeſaris mater, poſt mortem ſimiliter Divinis honoribus culta fuit; ſed non ſtatim, neque vivente Tiberio; qui eoſdem, matris memoriae infenſior, prohibuit, teſte Tacito Annal. Lib. V. Cap. 12. *At Tiberius, quod ſupremis in matrem officiis defuiſſet, nihil mutata amaenitate vitae, magnitudine negotiorum per literas excuſavit: honoreſque memoriae ejus ab Senatu large decretos, quaſi per modeſtiam inminuit, paucis admodum receptis, & addito, ne coeleſtis religio decerneretur; ſic ipſam maluiſſe.* Quum itaque cuſus hic fuerit nummus vivente Tiberio, prouti adſcripta ejuſdem Tribunicia Poteſtas teſtatur, non poteſt haec Mularum Biga

à l'article des Médailles d'Auguſte & de Julie. C'eſt pourquoi, voiant que Santi-Bartolo avoit gravé la tête de Julie avec une Couronne de laurier ou de mirthe, j'ai eu recours à une Médaille de cette eſpèce que j'ai, & qui eſt fort entière & fort nette; & l'aiant examinée avec ſoin, j'ai clairement aperçu les feuilles de la Couronne; car elles ne ſont point du tout endommagées par le frotement de l'air, ni d'aucune autre matiére; mais elles ſont un peu plus petites qu'on ne les voit ici gravées. A quoi il faut ajoûter, que la friſure des cheveux couvre par ſon élevation preſque la moitié des feuilles du premier rang, auprès de la temple & de l'oreille: de ſorte qu'il n'eſt pas ſurprenant que cette Couronne ait échapé à la vûë des Antiquaires, pour peu que les Médailles, qu'ils avoient entre les mains, fuſſent uſées ou autrement endommagées en cet endroit. On trouve autour de la tête d'Auguſte une Inſcription qui porte: Par la Permiſſion du Divin Auguſte la Colonie Romulienne. *Cette Colonie portoit auſſi le nom d'Hiſpalis dans l'Antiquité, & s'appelle aujourd'hui Seville, Ville célébre d'Eſpagne, ſituée ſur le fleuve Bétis, ou Guadalquivir, dans l'Andalouſie, dont elle eſt la Capitale. Ceux qui voudront en ſavoir davantage au ſujet de cette Colonie, pourront conſulter Vaillant, Tom.* I. *des Colon. p.* 62. *On y peut joindre auſſi ce que nous en avons dit dans notre Commentaire ſur le Tréſor des Médaill. des* XII. *Céſars d'André Morel, Tom.* I. *p.* 478., *où nous avons rapporté ce que Jean Triſtan de Saint-Amant a écrit ſur le tipe de cette Médaille.*

X. L'Imperatrice *Julie, Mere de Tibere, ſurvécut pluſieurs années à Auguſte ſon mari, & reçut comme lui les honneurs divins; mais ce ne fut pas immediatement après ſa mort, ni du vivant de Tibere: Car ce Prince, qui ne chériſſoit pas fort la mémoire de ſa Mere, s'y oppoſa, ainſi que nous l'apprenons de Tacite. Annal. Liv.* V. *Chap.* 12. Tibere, *dit cet Hiſtorien*, ſans quitter ſes plaiſirs, pour venir rendre les derniers devoirs à ſa Mere, s'en excuſa par Lettres ſur la grandeur de ſes occupations, & par une modeſtie affectée, retrancha une partie des honneurs que le Sénat avoit decernés à ſa mémoire. Il défendit même qu'on lui erigeât des Temples ou des Autels, feignant qu'elle l'avoit ſouhaité de la ſorte. *Cette Médaille aïant donc été frappée ſous Tibere, comme le prouve clairement ſa Puiſſance Tribunicienne qui y eſt marquée, le chariot traîné par deux Mules, qui paroît ici, ne doit pas être rapporté aux honneurs qu'on*

qu'on lui rendit après sa mort, mais à ceux qui lui furent déférés pendant sa vie, ainsi que nous l'avons fait voir dans le Trésor de Morel, Tom. I. *des Méd. des* XII. *Césars, p.* 477. *Car la première face de cette Médaille (qui se trouve aussi dans mon Cabinet) représente un char tiré par deux Mules, avec cette Inscription :* Le Sénat & le Peuple Romain à Julie Auguste. *Sur le Revers, au milieu du champ, on voit la marque de l'Arrêt du Sénat, avec une Légende sur le contour, dont voici le sens :* Tibere César, Fils du Divin Auguste, Auguste, Souverain Pontife, l'an XXIIII. de sa Puissance Tribunicienne. *D'où il paroît que cette Médaille a été fabriquée l'an* 775. *de Rome, & le* 22. *de J. C., quinze ans après la mort d'Auguste, & quatre avant celle de Livie.*

XI. Tibere, *Fils de Livie & Successeur d'Auguste, ne doit pas être compté parmi les bons Princes ; cependant les excès énormes de ceux qui sont venus après lui, sont cause qu'on ne peut point le placer parmi les plus méchans. On vit du moins briller en sa personne plusieurs bonnes qualités pendant sa vie privée, & même pendant les premières années de son Empire ; car dans la suite il devint une espèce de monstre par ses débauches & par sa cruauté. Il fit sur-tout paroître au commencement de son Regne une grande modération, & réprima souvent les basses flatteries du Sénat, dont il faisoit des railleries. Voici ce que Tacite rapporte à ce sujet au Liv.* I. *de ses Annal. Chap.* 14. La flaterie du Sénat fut aussi excessive envers l'Imperatrice ; les uns vouloient qu'on l'apellât Mere de la Patrie; les autres, qu'au nom de Tibere on ajoutât Fils de Julie. A quoi il répondit, qu'il faloit modérer les honneurs des femmes, & qu'en ceux qui lui seroient rendus il useroit de la même modération. *Ainsi je ne doute point que le Sénat n'ait eu intention de louër cette modestie de Tibere, lorsqu'il lui consacra la Médaille dont il s'agit ici. Sur la première face de cette Médaille on voit la tête de cet Empereur couverte de laurier, & tournée vers la droite, avec cette Légende.* Tibere César, Fils du Divin Auguste, Auguste, Empereur pour la VIII. fois. *Le Revers offre à la vûë un grand Bouclier sur lequel est peinte une face de femme au milieu d'une Couronne de laurier & d'autres ornemens, qui sont sur le même Bouclier. La Déesse dont le visage est peint sur ce Bouclier, est la Concorde ; sous le nom de laquelle le Sénat dédia ce Bouclier à*

ga ad honores mortuae Juliae delatos referri, verum ad illos quos viva habuit, sicuti docuimus ad Tom. I. Thes. Morell. XII. Caesarum pag. 477. Exhibetur enim in anteriore nummi (qui similiter in Museo nostro invenitur) parte, Mularum Biga cum Carpento, & hac desuper inscriptione, S*enatus* P*opulus*Q*ue* R*omanus* IVLIAE AVGVST*ae*. Ab altera parte in area nummi Senatus consulti nota est, cum his in ejusdem ambitu literis : TI*berius* CAESAR DIVI AVG*usti* F*ilius* AVGVST*us* P*ontifex* MA*ximus* TR*ibunicia* POT*estate* XXIIII. Ex quibus patet signatum fuisse nummum A. U. C. 775. post N. C. 22. quindecim post obitum Augusti annis, atque quatuor ante mortem ipsius Liviae.

XI. Augusti successor, Liviae filius, Tiberius, inter bonos haberi Principes minime meruit. Sequentium tamen furor, ut inter malos haud pessimum commendavit. Virtutes certe in illo fuere plurimae ; praesertim ante Imperium & in Imperii initio. Nam posteriora vitae & imperii, portento, propter libidinem & crudelitatem, fecere similem. Moderatus prae caeteris fuit multis in rebus, & videri studiose voluit. Quare statim initio Principatus sui foedam Senatus, quam saepe risit, adulationem compescuit, teste Tacito Lib. I. Annal. Cap. 14. *Multa Patrum & in Augustam adulatio ; alii Parentem, alii Matrem Patriae adpellandam ; plerique, ut nomini Caesaris adscriberetur, Juliae filius, censebant. Ille : moderandos feminarum honores dictitans, eademque se temperantia usurum in his quae sibi tribuerentur* &c. Neque dubium mihi, quin ad hanc in Tiberio laudem respexerit Senatus, quum insignem hunc nummum Tiberio dedicavit. In priore parte caput Caesaris laureatum cernitur, versus dextram conversum, cum hac inscriptione : TI*berius* CAESAR DIVI AVG*usti* F*ilius* AVGVST*us* IMP*erator* VIII. Ab altera Clypeum est ingens cum capite muliebri adverso in medio laureae Coronae, atque aliis ejusdem Clypei ornamentis; Dea, cujus in Clypeo vultus exprimitur, Concordia est, sub ejus enim no-

nomine Clypeum hoc honori Caeſaris, adſcripta Senatuſconſulti nota, dedicavit Senatus, ut teſtatur addita in circuitu inſcriptio, MODERATIONI. Hanc tamen Tiberii Moderationem Tacitus ſaepius carpit, ut, vivente etiamnum Germanico, fictam, atque ſaepe adrogantem; ita Lib. I. Annal. Cap. 8. *Remiſit Caeſar, adroganti moderatione.*

XII. Refert Dio Lib. LVIII. Graecum hunc verſum, qui apud Suetonium in Nerone Cap. XXXVIII. exſtat, ſaepiſſime in ore habuiſſe Tiberium:

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

Me mortuo vel terra miſceatur igni. Tamen is, quam diu vixit, ſolicite cavit, ut annonae copia atque omnium rerum abundantia Romae atque in Italia exſiſteret. Bella quoque rara, &, mortuo Germanico, fere nulla ſub eodem, haud parum & frugum ſub eo ubertatem & felicitatem publicam promoverunt. Quare hanc Romani Imperatoris laudem celebravit Senatus cuſo Nummo, in cujus parte priore cernitur caput Tiberii laureatum, laevam verſus, cum hac inſcriptione: TI*berius* CAESAR DIVI AVG*uſti* F*ilius* AVGVSTVS. Adverſam exornavit typo ſive ſymbolo pacis atque omnium rerum abundantiae, videlicet Cornubus copiae duobus decuſſatim poſitis cum Caduceo alato intermedio. Quo anno Imperii atque U. C. cuſus fuerit Nummus nos docet inſcriptio, quae haec eſt: PONT*ifex* MAXIM*us* CO*n*S*ul* III. IMP*erator* VII. TR*ibunicia* POT*eſtate* XXII. Qui fuit annus U. C. 772. poſt N. C. 19.

XIII. Quamvis in Imperio belli ſemina ſolicite caverit Tiberius, pluraque longe conſilio quam vi geſſerit; tamen ſub Auguſto eximia fortitudinis atque bellicae laudis ſpecimina edidit. Sub illo A. U. C. 761. Pannonias pacavit, atque, domita provincia, Auguſto Imperatoris XV. titulum, ſibi V. impetravit. Inſcriptus idem cuſo huic nummo ſub Tribunicia Poteſtate Auguſti XXXI. legitur. Inſcriptio enim haec eſt: TI*berius* CAESAR AUGUSTI F*ilius* IMPERATOR V. atque depingitur in illa nummi parte

à l'honneur de Tibere, ainſi que le témoigne la Légende qui eſt ſur le contour du même revers: A LA MODESTIE. *Tacite néanmoins cenſure ſouvent cette modeſtie de Tibere, qu'il traite de* feinte *&* d'arrogante, *même pendant que Germanicus vivoit encore. C'eſt ainſi qu'il dit au Liv.* I. *de ſes Annal. Chap.* 8. L'Empereur le refuſa par une modeſtie arrogante.

XII. Dion *rapporte au Liv.* LVIII. *que Tibere avoit ſouvent à la bouche un vers Grec, qu'on trouve auſſi dans Suetone, Vie de Néron, Chap.* XXXVIII., *& dont voici le ſens:* Quand je ſerai mort, je ne me ſoucie guéres que la terre ſoit réduite en cendres. *Il eut pourtant toûjours grand ſoin pendant ſa vie, que Rome & les autres Villes d'Italie fuſſent abondamment pourvûës de toutes les choſes néceſſaires à la vie. Comme il n'y eut preſque point de guerres ſous ſon Empire, ſur-tout après la mort de Germanicus, cela contribua ſans doute beaucoup à l'abondance & à la tranquilité dont jouiſſoit alors l'Empire Romain. C'eſt pourquoi le Sénat voulut relever par cet endroit la gloire de l'Empereur, dans cette Médaille. Le premier côté nous repréſente la tête de Tibere, couronnée de Laurier & tournée à gauche, avec cette Légende:* Tibere Céſar, fils du Divin Auguſte, Auguſte. *Le Revers eſt orné de deux Cornes d'abondance, poſées en ſautoir, avec un Caducée aîlé au milieu, qui ſont tous ſimboles de la paix & de l'abondance. La Légende, qui eſt autour, nous aprend en quelle année de l'Empire de Tibere & de la Fondation de Rome notre Médaille fut frappée. Voici ce qu'elle contient:* Souverain Pontife, Conſul pour la III. fois, Empereur pour la VII., de ſes Puiſſances Tribuniciennes la XXII., *qui fut l'an* 772. *de Rome, &* 19. *de J. C.*

XIII. Quoique *Tibére ait étouffé avec ſoin toutes les ſemences de la guerre durant ſon regne, & qu'il ait plus emploïé l'adreſſe que la force pour venir à bout de ſes deſſeins, il donna néanmoins des marques de ſon courage & de ſa bravoure à la guerre ſous Auguſte; car l'an* 761. *de Rome, il pacifia la Pannonie, & aïant réduit toute cette Province ſous la puiſſance des Romains, il mérita par-là à Auguſte le titre d'Empereur pour la* XV. *fois, & à lui même pour la* V. *La Légende qui ſe trouve ſur notre Médaille nous apprend, qu'elle a été frappée ſous la* XXXI. *Puiſſance Tribunicienne d'Auguſte. Voici ce quelle porte:* Tibere Céſar, Fils d'Auguſte, Empereur pour la V. fois. *Et l'on*

l'on voit du même côté la tête de Tibere César nuë & tournée à droite. Le Revers marque les honneurs rendus à Auguste, auquel on bâtit des Temples & dressa des Autels dans les Provinces; mais nous avons déja remarqué que ce Prince rusé les refusa d'abord, qu'il ne les permit enfin qu'à condition qu'on y joindroit le nom de Rome au sien. C'est pourquoi, au dessous d'un Autel superbement orné qu'on voit ici, & aux deux côtés duquel sont représentées deux Victoires sur des cippes, on lit ces mots: ROM. ET AUG. *c'est-à-dire*, A Rome & à Auguste. *Trois ans après on fabriqua encore des Médailles avec le même tipe, mais la Légende porte:* Empereur pour la VII. fois. *Je conserve une de ces Médailles de grand bronze dans mon Cabinet, (car, pour celles de moïen bronze, elles sont communes;) mais le nombre du titre d'Empereur y est effacé par l'injure des tems.*


XIV. UN *des côtés de cette Médaille occupe la derniére place dans cette Planche, & l'autre est à la tête de la suivante. André Morel en a eu une semblable entre les mains, comme on le peut voir dans* son Trésor, *Planche* VI, n°. 23. 24. *parmi les Médailles de Tibere. Mais, par malheur, le nom de la Colonie manque sur toutes les deux, de sorte que nous ne savons pas dans quelle Colonie cette Médaille a été fabriquée. Les Lettres D. D. indiquent seulement que les Decurions de quelque Colonie furent chargés de ce soin. Peut-être t'elle à été frappée à Corinthe, mais cela n'est pas certain. La Legende du Revers est faite à la gloire de la Paix perpetuelle d'Auguste, & en félicite Tibere. C'est pourquoi l'Autel d'Auguste, (qui se trouve ordinairement au milieu du champ dans ces Médailles) est renfermé dans une Couronne de chêne, pour marquer qu'un Prince qui aime la Paix, & qui n'excite pas de guerres témérairement, est le Conservateur des Citoïens.*

te nudum Caesaris Tiberii caput dextram versus. Adversa pars honores Augusto habitos exhibet. Cui vivo in Provinciis Templa atque Arae fuerunt erectae. Recusavit tamen callidus senex, nisi Romae simul ponerentur. Unde subscribitur Arae eleganter exornatae, ad quam utrimque columellis insistentes Victoriae conspiciuntur, R O M*ae* E T A V G*usto*. Fuit idem hic typus triennio post repetitus, cum inscriptione IMPERATOR: VII. Unum ex hisce primae magnitudinis (nam secundi aeris vulgares sunt) servo, sed injuria temporis detrivit locum, ubi exstitit Imperatorii tituli numerus.

XIV. ALTERA hujus nummi pars in postremo hujus Tabulae loco adparet, altera in primo sequentis exhibetur. Eumdem vel similem vidit Andr. Morellius, sicuti adparet ex Tab. VI. num. 23. 24. Thesauri ejus, inter nummos Tiberianos. Sed, quod dolemus, in utroque Coloniae nomen deficit, ita ut nesciamus in qua Colonia signatus fuerit nummus. Literae D. D. tantum indicant Decuriones alicujus Coloniae signandi curam habuisse. Corinthi forte cusus fuit, sed id incertum. Pacem Augusti perpetuam jactat aversae partis inscriptio, eamque Tiberio gratulatur. Quare Ara Augusti (quae passim in ejusdem Augusti nummis ex medio aere adparet) Coronae querneae includitur. Princeps enim, qui pacem amat, Servator est Civium; neque bella temere movet.

PLAN- T A-


14.
1.
2.
3.
4.
TAB. III.
PACE. AVG. PERP.
SC
5.
6.
7.
8.
SC
CIVITATIBVS ASIAE RESTITVT
REST.
SC
TI CAE.
9.
10.
11.
12.
C V
T T
C. V.
T. T.
13.
14.
15.
16.
LEG IV
LEG VI
LEG X
S·C
17.
18.
19.
20.
S.C
DRVSILLA.
IVLIA
21.
22.
23.
24.
ADLOCVT
PIETAS



TABULA III.

Continens adhuc Tiberii atque insuper Caligulae Numismata.

NUM. I. II. III.

ANTERIOR nummi pars Quadrigis Triumphalibus exornatur. Ipsae Quadrigae picturas sive sculpturas elegantes, quae ad victoriam spectant, exhibent, sed currui nulla insistit figura. Aream aversae partis in medio occupat Senatusconsulti nota, in circuitu sunt Tiberii nomina & tituli cum nota Tribuniciae Potestatis XXXVII. Nummus insignis, sed notus Antiquariis est, atque occurrit etiam in Thesauro Morelliano, unde & hujus & reliquorum hujus Tabulae uberiorem interpretationem petere licet.

IV. V. SUPERBISSIMUM in hoc Nummo adparet Templum, plurimis Statuis & in summo tecti fastigio & in aditu exornatum. Typi autem varii praeclari hujus Numismatis inveniuntur, ex quibus ipsi diversos aliquot, valde pulchros possidemus. Aversa pars plane illi, quae in praecedenti nummo observatur, est similis.

VI. VII. BENEFICIUM hoc Numisma Tiberii Caesaris ingens complectitur, factumque quod haud postremum inter Principis ejus laudes eminet. Testatur id satis inscriptio: CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Tiberio ob tale beneficium statua erecta fuit, sedentis & sacrificantis ritu, in sella curuli. Haec statua aream nummi occupat. In aversa parte Senatusconsulti nota in medio nummo est, in ora scribitur restitutum fuisse Numisma ab Imperatore Tito, Consule VIII. Quae restitutio nummum rariorem efficit.

VIII. IX. CREDIDERIM hoc Numisma cusum fuisse in Hispania in Colonia Romulea, ubi non dissimilia Augusti atque Liviae signata fuerunt. Erosa enim aerugine inscriptio non permittit in ipso nummo Coloniae nomen investi-

PLANCHE III.

Qui contient encore quelques Médailles de Tibere & d'autres de Caligula.

MEDAILLES I. II. III.

LA *première face de cette Médaille représente un Char de triomphe à quatre chevaux de front. Ce Char est orné de plusieurs peintures ou sculptures qui simbolisent avec la Victoire; mais il n'y a point de figure sur le Char même. Sur le revers, on voit au milieu du champ les deux lettres, S. C. qui marquent l'Ordonnance du Sénat. Le contour est chargé des noms & des titres de Tibere, & marque sa* XXXVII. *Puissance Tribunicienne. Cette Médaille est belle & curieuse, mais elle est connuë des Antiquaires, & se trouve aussi dans le Trésor de Morel, où l'on en peut voir une explication plus ample & même de toutes les autres celles qui suivent dans cette Planche.*

IV. V. ON *voit sur cette Médaille un Temple très-superbe, orné de plusieurs Statues, tant sur le faîte qu'à l'entrée. Il se trouve différens tipes de cette magnifique Médaille. J'en possede quelques-uns de diverses espèces, qui sont parfaitement beaux. Le Revers est entiérement semblable à celui qu'on a vû sur la Médaille précédente.*

VI. VII. LA *Médaille, dont il s'agit à présent, contient un bienfait insigne de Tibere, & qui mérite d'avoir place parmi les plus belles actions de ce Prince. La Légende nous instruit de quoi il est question, voici ce qu'elle porte: APRES AVOIR RETABLI LES VILLES d'ASIE. On érigea une Statue à Tibere à cause de cette munificence; il y est assis sur un siége curule, à la maniere d'un homme qui sacrifie. Cette Statue occupe le champ de la Médaille. Sur le Revers, au milieu du champ, est la marque de l'Ordonnance du Senat; & les lettres, qui sont sur la circonference, nous apprennent qu'elle a été restituée par l'Empereur Tite sous son* VIII. *Consulat. Restitution qui la rend Médaille plus rare.*

VIII. IX. JE *crois que cette Médaille a été fabriquée à Seville en Espagne, où il y en eut d'autres semblables d'Auguste & de Livie, qui y furent frappées; car l'inscription, qui est rongée par la rouille, ne permet pas de voir le nom de la Colonie. On lit seulement auprès de la tête*

tête de Tibere, qui est nuë & tournée à gauche; on y déchiffre, dis-je seulement ce qui suit: TI. CAE - - - *Les autres lettres sont effacées. Sur le Revers, on reconnoit la tête d'Auguste, ceinte d'une Couronne radiale, avec une étoile au-dessus du front, & un astre devant sa face. La moitié de l'Inscription qui reste, nous fait conjecturer qu'on la lisoit autrefois entiére de cette façon:* LE DIVIN AUGUSTE PERE.

X. XI. Celle-ci *nous fait voir la tête de Tibere couverte de lauriers & tournée vers la droite, avec cette Légende: TI. CESAR, F. DU DIVIN AUG. AUGUSTE. L'Inscription du Revers nous apprend que cette Médaille a été frappée à Tarragone. Ce Revers est orné d'un Autel, sur lequel on voit une patere, ou un plat chargé d'une Couronne de fleurs & de cranes de boeufs. On y remarque aussi cette Palme, qui crût, à ce qu'on prétend, sur l'Autel d'Auguste en cette Ville. Ainsi ce tipe se rapporte au Culte rendu par les Tarraconnois à Auguste, & à cet évenement merveilleux de la naissance d'une Palme sur son Autel, dont nous avons déja parlé ci-dessus pag.* 19.

XII. Cette *Médaille fut aussi frappée dans la même Colonie, ainsi que nous l'apprennent les lettres initiales qui sont renfermées dans la Couronne de chêne.*

XIII. XIV. Le *premier côté de cette belle Médaille, qui a été fabriquée à Sarragosse, est tout semblable à celui de la Médaille* VI. *On y voit Tibere assis sur un siége curale, & la Légende marque qu'elle a été frappée l'an* XXXVIII. *de sa Puissance Tribunicienne. Sur le Revers paroit un étendart entre deux enseignes militaires, avec les lettres initiales de la Colonie, & avec les noms des Duumvirs & des Légions qui avoient été envoïées dans la dite Colonie. On en peut voir davantage chez Vaillant & chez Morel.*

XV. XVI. La *Corne d'abondance est d'ordinaire le simbole de la Fertilité, & le Caducée celui de la Felicité. Ainsi le tipe de notre Médaille signifie une heureuse fécondité; ce qui ne regarde pas à la vérité les champs, mais la maison de l'Empereur. C'est pourquoi l'on voit des têtes d'enfans qui sortent des Cornes d'abondance, pour faire allusion aux deux Jumeaux, dont la jeune Livie, Femme de Drusus fils de Tibere, étoit acouchée.* Un bonheur si extraordinaire & capable de remplir d'alegresse les moindres familles, causa de si grands trans-

vestigare. In eo, juxta nudum Tiberii caput laevam versus conversum, legitur tantum, TI. CAE - - - deletis literis reliquis. Ab altera vero parte Augusti radiatum agnoscitur caput, in cujus vertice cernitur Stella, & ante faciem astrum. Dimidiata nunc inscriptio, sic olim integre lecta fuisse videtur, DIVVS AVGVSTVS PATER.

X. XI. Caput Tiberii laureatum dextram versus locatur, cum inscriptione TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Ubi signatus fuerit nummus, docet aversae partis inscriptio: *Colonia Victrix Togata Tarraco.* Aram habet, patera sive disco, corolla & bovinis craniis exornatam, cum arbore Palma ex eadem ara enata. Cultum Divi Augusti apud Tarraconenses arguit typus, & mirum illud de enata apud illos in ara Caesaris Palma, de qua supra p. 19. respicit.

XII. Signatus alter hic nummus in eadem fuit Colonia, quod literae ejusdem initiales docent, quae Coronae querneae includuntur.

XIII. XIV. In praeclaro hoc numismate, quod Caesareae Augustae signatum fuit, prior pars similis est num. VI. Exhibetur enim Tiberius curuli sellae insidens, sed inscriptio testatur cusum fuisse anno Tribuniciae Potestatis XXXVIII. A posteriori parte adparet Vexillum militare inter duos manipulos sive signa militaria, cum literis initialibus Coloniae, & nominibus Duumvirorum Legionumque militarium, quae in hanc Coloniam missae fuerant. De quibus plura apud Vaillantium & Morellium.

XV. XVI. Ubertatis typus solet esse Cornucopiae, Felicitatis Caduceus. Felix igitur ubertas typo hujus nummi significatur; non quidem agrorum, sed domus Principis. Quare ex cornubus copiae capita emergunt puerilia, quae gemellos ex Druso, Tiberii filio, atque Livilla sive Livia, natos arguunt, *Quod rarum laetumque etiam modicis penatibus tanto gaudio Principem adfecit, ut non temperaverit,*

verit, quin jactaret apud Patres, nulli ante Romanorum ejusdem fastigii viro geminam stirpem editam. Geminorum patris, Drusi, nomen & titulus ab altera parte adscribitur. Annus quoque cusi nummi, ex adposita ejusdem secundae Tribuniciae potestatis nota cognoscitur. In area denique nummi scribitur *Senatus Consulto.*

XVII. XVIII. Drusus junior, Tiberii filius, cognominis fuit patruo suo, Tiberii fratri juniori, Druso. Hujus memoriam in hoc nummo renovavit, non quidem ille Drusus aut ipse Tiberius, sed Drusi filius, Germanici frater, Claudius. Principis excelsi animi vultus in priore nummi parte cognoscitur, & quod virtute sibi pepererat, agnomen Germanici. Ab altera parte statua est virilis, dextra ramum oleaginum sive laureum tenens, sellae insidens curuli, quae super spolia hostilia varii generis exstructa est. Spolia Germanorum sunt, statua Drusi, qui victoriae partae decus, ramum dextra tenet; a Claudio, jam Principe, hoc monumento decoratum Parentem fuisse, docet inscriptio.

XIX. XX. Optimi parentis avique generosissimi, Germanici atque Drusi, degener filius & sceleratus nepos Caligula sese sistit in hoc numismate, inpietatis ejus teste, quamvis ipse pietatem in Sorores eodem praedicare voluerit. Nam veluti Pietas, Constantia & Ubertas, ornatae adtributis earumdem, cernuntur Drusilla, Agrippina atque Julia, quas omnes incaestus ille Princeps constuprasse legitur.

XXI. Imperator stans in suggestu adloquitur milites armatos, quos nummus numero quinque cum quatuor militaribus signis exhibet. Penes Imperatorem stantem est sella curulis, adscribitur ADLOCVT*io* COH*ortium.* Anterioris partis nummi cum capite Caligulae variae sunt inscriptiones. Cusi autem sunt nummi in initio Imperii ejusdem.

XXII. XXIII. Sacrificium Augusti

transports de joie à Tibere, qu'il ne pût s'empêcher de dire en plein Sénat, que depuis l'établissement de l'Empire personne de son rang n'avoit encore reçu des Dieux une semblable faveur. *Tacit. Annal. L.* II. *f.* 23. *Le nom & la dignité de Drusus, pere de ces Jumeaux, sont marqués de l'autre coté, aussi-bien que le nombre de sa Puissance Tribunicienne; ce qui nous fait connoître l'année où cette Médaille fut frappée. Dans le champ on lit ces mots:* Par Ordonnance du Sénat.

XVII. XVIII. Drusus *le jeune, Fils de Tibere, avoit eu un Oncle, Frere cadet de Tibere, qui portoit aussi le nom de Drusus. C'est de ce dernier dont il s'agit dans notre Médaille. Elle ne fut point frappée par l'ordre de Tibere, ni de son Fils, mais par celui de Claude, Fils de notre Drusus & Frere de Germanicus. La première face de cette Médaille nous représente les traits de visage de ce courageux Prince, & nous apprend que sa valeur lui acquit le surnom de Germanicus. Sur le Revers, on voit une statue d'homme, qui tient de la main droite un rameau d'olivier, ou de laurier. Il est assis sur un siége curule, & ce siége est placé sur différentes depouilles enlevées aux Ennemis. On a voulu marquer par cette emblème la victoire & les dépouilles remportées sur les Allemans par Drusus. L'Inscription nous apprend que Claude, devenu Empereur, fit dresser ce monument à la gloire de son Pere.*

XIX. XX. On *voit sur cette Médaille la tête de Caligula, Fils de Germanicus & petit-Fils de Drusus, mais qui se rendit très-indigne par ses vices d'être descendu de ces grands hommes. Il nous donne même ici des preuves de sa scélératesse & de son impieté, pendant qu'il veut y témoigner l'affection qu'il portoit à ses Soeurs, nommées Drusille, Agrippine & Julie. Car l'Histoire accuse ce méchant Prince d'avoir abusé de toutes les trois. Ces Princesses sont ici représentées sous les simboles & les ornemens extérieurs de trois Déesses, savoir de la Piété, de la Constance & de l'Abondance.*

XXI. L'Empereur *debout sur une tribune harangue les Soldats armés, qui sont cinq en nombre sur notre Médaille, avec quatre Enseignes militaires. Auprès de l'Empereur est un siége curule, & l'Inscription porte:* Harangue faite aux Cohortes. *Le premier côté de la Médaille est chargé de diverses Inscriptions, avec la tête de Caligula. Ces piéces de monnoye furent fabriquées au commencement de son Empire.*

XXII. XXIII. Cette *Médaille nous représente*

ſente un Sacrifice à Auguſte, & la piété de Caligula envers ſon biſayeul. Sur la première face on voit la Déeſſe Piété aſſiſe & tenant de la main droite une patere. Au deſſous eſt écrit ce mot: La PIETE'. *Et on lit dans le contour cette Légende:* C. Céſar, Arriere-petit-Fils d'Auguſte, Auguſte, Souverain Pontife, l'An IV. de ſa Puiſſance Tribunicienne, Pere de la Patrie. *Le Revers offre à la vûë un Temple très-bien orné, avec ſix colonnes à l'entrée. Devant ce Temple on offre un ſacrifice, & l'Inſcription nous apprend à qui il eſt offert; car elle porte, AU DIVIN AUGUSTE.*

XXIV. CETTE *derniere Médaille de celles de C. Céſar Caligula a été frappée en Eſpagne. Sa première face occupe la derniere place de cette Planche, & ſon Revers tient la première dans la Planche ſuivante. Elle a été fabriquée à Oſca, ou Hueſca, ſous les Duumvirs C. Tarracina & P. Priſcus, dont les noms y ſont marqués. Oſca s'appelloit la VILLE VICTORIEUSE ce qui eſt exprimé par les Lettres initiales V. V., qu'on voit au deſſous d'un Cavalier courant la poſte, qui étoit le ſimbole ordinaire de cette Ville, pour marquer qu'elle abondoit en bons ſoldats, & en chevaux propres à la guerre.*

ſti & Pietatem Caligulae exhibet hoc Numiſma. Sedet in anteriore ejus parte Dea Pietas, pateram dextra tenens, ſubtus ſcribitur PIETAS, & in circuitu, C. CAESAR DIVI AVG*uſti* PRON*epos* AVG*uſtus* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* IIII. P*ater* P*atriae.* Templum ab altera cernitur parte eximie ornatum, atque ſex in aditu exhibens columnas. Ante illud ſacrificium peragitur, quod, cui fiat, docet addita inſcriptio: DIVO AVGVSTO.

XXIV. ULTIMUS hic inter C. Caeſaris Caligulae nummos in Hiſpania ſignatus eſt. Pars anterior poſtremum in hac Tabula locum occupat, ſicuti primum in Tabula, quae ſequitur, pars nummi anterior. Cuſus fuit Oſcae, Duumviris (quorum adſcribuntur nomina) C. Tarracino atque P. Priſco. Urbs Victrix dicta fuit Oſca, quod & literis initialibus V. V. exprimitur ſub equite decurrente, qualis eques urbis, ut bellicoſae & equis generoſis abundantis, ſolet eſſe ſymbolum.

PLANCHE IV.

Qui contient les Médailles d'Agrippine, de Claude & de Neron.

MEDAILLE I. II. III.

IL *s'agit ici d'Agrippine, Mere de Caligula, & Epouſe de Germanicus. C'étoit une Femme qui avoit de grandes vertus, mais elle étoit fiére, ambitieuſe, & ſupportoit impatiemment l'adverſité. C'eſt pourquoi Tibere lui dit un jour:* Que tout ſon chagrin venoit de ce qu'elle ne regnoit point. *Tacite, Annal. L. IV. ſ.* 25. *Cet Hiſtorien avoit déja dit en parlant d'elle, Annal. L. I. ſ.* 33. Agrippine étoit d'une humeur un peu trop violente; mais ſes défauts étoient comme conſacrés par ſa chaſteté & par l'amour qu'elle portoit à ſon mari. *Cette Médaille eſt travaillée avec une grande délicateſſe. La Légende porte: AGRIPPINE, FILLE DE MARCUS, MERE DE CAIUS CESAR CALIGULA. Car elle étoit*


TABULA IV.

Exhibens Numiſmata Agrippinae, Claudii, & Neronis.

NUM. I. II. III.

SUCCEDIT Agrippina, Caligulae mater, Germanici conjux, eximiis virtutibus praedita mulier, ſed ferocioris animi, neque iniquioris fortunae patiens. Audita hinc Tiberii vox: *Ideo laedi, quia non regnaret.* Tacit. Annal. IV. 52. Scripſerat de eadem Tacitus Annal. I. 33. *atque ipſa Agrippina paullo commotior, niſi quod caſtitate, & mariti amore, quamvis indomitum animum in bonum verterat.* Inſcribitur in nummo elegantis fabricae: AGRIPPINA M*arci* F*ilia*, MA*ter* C*aji* CAESARIS AVGVSTI. Pater ſcilicet illi fuerat M. Vip-


TAB.IV.
S·P·Q·R·
MEMORIAE AGRIPPINAE
SPES AVGVSTA
DECVRSIO
DECVRSIO
EX S C
ROMA



Vipſanius Agrippa, avus Auguſtus. Honorem matri hoc nummo habuit Caligula, dum pietatem miro oſtentavit artificio; quare & Thenſa ſive biga mularum ex decreto Senatus, & favore Caeſaris, conſpicitur in averſa nummi parte, & adſcribitur: *Senatus PopulusQue Romanus* MEMORIAE AGRIPPINAE.

IV. V. Furenti in imperio ſucceſſit ſtolidus; Caligulae, qui ſervorum optimus, principum fuerat peſſimus, Claudius, qui ante imperium deſpectui fuerat habitus, in Imperio ingenii ſpecimen prodidit, ſed ſtultitiae nimia mixtura obrutum. Merito itaque mater Antonia, *Portentum hominis, nec abſolutum a natura, ſed tantum inchoatum*, vocaverat apud Sueton. in Claudio Cap. III. Nummus Claudii, qui hic primo inter Claudianos loco occurrit, ex eo eſt genere qui vocantur incuſi, id eſt, qui exſtantem habent figuram capitis ſive typi atque literarum ab una parte, ab altera vero inpreſſa omnia eadem, non exſtantia, neque adeo ſolitum averſae partis typum, ſed bis eundem, anticae plerumque partis, ſemel expreſſum, ſemel (veluti in gemmae ſculptura) inpreſſum. Ejuſmodi nummos ſervare Curioſiores ſolent.

VI. VII. Ex duobus hiſce Claudii nummis prior exhibet Arcum Triumphalem cum Statua fratris Druſi equeſtri inter duo tropaea. Praeter Senatuſconſulti notam haec adeſt inſcriptio: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN*icus* IMP*erator*. Fratri videlicet optimo hunc honorem habuit Claudius, qui juxta Auſonii diſtichon,

> *Libertina tamen, nuptarum & crimina paſſus,*
> *Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.*

Alter nummus inſcribitur SPES AVGVSTA; qualis inſcriptio in plurimis & vulgaribus Claudii nummis cernitur, ſed ita ut ſimplex Spei typus obſervetur. Verum in hoc rariore tres milites (Praetoriani ut credimus) ad Deam adcedunt, quibus illa dextram

étoit fille de Marcus Vipſanius Agrippa, & petite-Fille d'Auguſte. Caligula voulut donc honorer la mémoire de ſa Mere par cette Médaille, & il s'acquitta de ce devoir de piété avec beaucoup d'art & de pompe; car on voit ſur le Revers une eſpèce de brancart ou de petit chariot à deux mules. Le tout fait par decret du Sénat & par la faveur du Prince. L'Inſcription porte: Le Sénat & le Peuple Romain, *A LA MEMOIRE D'AGRIPPINE.*

IV. V. A *un furieux ſuccéda un imbécille dans le gouvernement de l'Empire. Caligula avoit été un très-bon ſerviteur, & un fort mauvais maître. Claude, qu'on avoit fort mépriſé avant qu'il parvint à l'Empire, ne laiſſa pas de donner quelques marques de génie, lorſqu'il fut Empereur; mais cela fut toûjours accompagné de quelque mélange de folie. De ſorte que ſa Mere Antonia avoit eu raiſon de dire de lui*, que c'étoit une eſpèce de monſtre; que la Nature avoit eu deſſein d'en faire un homme, mais qu'elle n'avoit pas achevé ſon ouvrage. *Cette Médaille de Claude, qui ſe trouve ici la premiére en rang parmi celles de cet Empereur, eſt du nombre de celles qu'on appelle incuſes, c'eſt-à-dire, qui ont des deux côtés la même tête, en relief d'une part, & en creux de l'autre. Ainſi elles n'ont pas le Tipe, qui ſe trouve ordinairement ſur le Revers; mais, à ſa place, elles ont l'impreſſion de la tête en creux, comme ſi on eût voulu en faire un moule. Les Curieux font aſſez de cas de ces ſortes de Médailles.*

VI. VII. La *premiére de ces deux Médailles de Claude repréſente un Arc de triomphe, avec la Statuë équeſtre de ſon Frere Druſus entre deux Trophées. Outre la marque de l'Ordonnance du Sénat, on y lit cette Inſcription: NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANicus* Empereur. *C'eſt ainſi que Claude honora la mémoire de ſon illuſtre Frere. Par raport à Claude, le plus grand reproche qu'on ait à lui faire, ſe voit dans un Diſtique d'Auſone, où ce Poëte l'accuſe* d'avoir ſouffert les deſordres & les infamies de ſes Domeſtiques & de ſes Femmes, & de s'être rendu criminel, non par ſes propres actions, mais en tolérant celles des autres. *L'autre Médaille porte cette Inſcription: L'ESPERANCE AUGUSTE; laquelle Inſcription ſe trouve ſur pluſieurs Médailles communes de Claude, mais où il n'y a que le Tipe de l'Eſpérance tout ſeul; au lieu que dans celle-ci, qui eſt plus rare, on voit de plus trois Soldats (Prétoriens, à ce qu'il me ſemble) qui s'approchent de la Déeſſe: Elle, de*

de son côté, leur tend la main, leur promettant beaucoup de bien de l'Empereur qu'ils avoient élû & élevé à la Souveraine Puissance.

VIII. IX. X. XI. XII. ON *trouve ici plusieurs Médailles de suite, qui font mention de la liberalité de Neron, & qui représentent & expriment sous divers Tipes le Présent, appellé* Congiarium, *fait au Peuple Romain par cet Empereur. Celles qui se trouvent ici la premiére & la seconde en rang, célébrent le second Congiaire; & la troisième est faite à la louange du troisième Congiaire.*

XIII. XIV. LES *Médailles qui répresentent la Course de Neron à cheval, sont fort connuës. Celles-là-sont communes, sur lesquelles on voit deux Cavaliers, savoir Neron, & un autre Cavalier auprès de lui, qui porte un Etendart. Mais celles qui représentent cet Empereur seul à cheval, précédé d'un Soldat qui porte un bouclier & une Enseigne militaire, & suivi de près par un autre Soldat armé; celles-ci, dis-je, passent pour l'être moins.*

XV. XVI. ENTRE *les plus beaux édifices & & les plus utiles à la Ville, que Neron fit faire, on doit compter sans contredit la Place ou le Marché d'Auguste & le Port d'Ostie. Ces Médailles de Neron, qui sont très-artistement travaillées, (comme sont presque toutes celles de cet Empereur) nous représentent ces deux édifices.*

XVII. CELLE-CI, *qui nous représente Neron haranguant les Soldats, n'est pas faite avec moins d'art ni de délicatesse. On y voit l'Empereur debout sur une tribune, avec le Chef de la Garde Prétorienne. Devant lui sont trois Soldats, dont deux tiennent chacun une Enseigne militaire. Tout cela se fait devant un édifice considérable, qui a des colonnes à l'entrée, & dont le toît est rond. Cette Médaille est parfaitement bien faite & délicatement travaillée, ainsi que le sont la plûpart de celles qui se trouvent dans cette Planche. J'en posséde une de l'espèce de cette derniere, qui prouve ce que je viens de dire.*

XVIII. CET *endroit est vuide dans la Planche.*

XIX. IL *y a diverses Médailles de Neron, gravées de main de maître, qui représentent un édifice superbe. C'est un Arc de triomphe, orné de plusieurs colomnes & de plusieurs statuës, travaillées dans la derniere perfection. Sur le sommet, il y a un Char de triomphe, sur lequel est la statuë de l'Empereur, accompagnée de deux Victoires & de quelques autres figures plus petites.*

XX.

tram porrigit; omnia bona de Imperatore promittens, quem ipsi elegerant atque ad Imperium provexerant.

VIII. IX. X. XI. XII. OCCURRUNT hic aliquot nummi qui Neronis liberalitatem praedicant, & sub variis typis Congiarium, ab eodem populo Romano datum, depingunt atque exprimunt. Ex illis qui ordine primus est, ut & secundus, diversis typis secundum celebrant Congiarium, is, qui tertio loco occurrit, tertium Congiarium.

XIII. XIV. NOTI sunt Neronis nummi, qui Decursionem ejus exhibent, ex quibus vulgares sunt illi, qui duos depingunt equites, Neronem videlicet hasta instructum, ut bellatorem, atque juxta equitantem vexilliferum. Minus vulgares habentur qui solum Imperatorem hastatum in equo exhibent, praecurrente milite cum clypeo & signo militari; atque pone sequente alio milite armato.

XV. XVI. INTER nobiliores Neronis, atque fructuosas Urbis structuras fuerunt Macellum Augusti atque Portus Ostiensis. Utriusque picturam nobis notam faciunt artificiosissima Neronis (ut sunt ejus Imperatoris pleraque) & nobilissima Numismata.

XVII. HAUD minoris artis specimen ostendit Numisma quod Neronem milites adloquentem sistit. In eo stat Imperator cum Praefecto Praetorio in suggestu. Adstant tres milites, ex quibus duo signum militare tenent. Haec omnia fiunt ante aedificium spectabile, quod columnas in aditu, atque tectum exhibet rotundum. Perfectae artis esse Numisma docet exemplar quod ipse possideo, sicuti pleraque ex hujus Tabulae Numismatis.

XVIII. VACAT in Tabula hic locus.

XIX. VARIA exstant Neronis Numismata, adfabre admodum sculpta, quae superbum admodum exhibent aedificium, Arcum videlicet Triumphalem, columnis & statuis, elegantissime elaboratis, instructum. In summo quadrigae sunt triumphales, quibus insistit Imperator; adsunt Victoriae duae & minores aliquot icunculae.

XX.

XX. Nero, quaſi compoſita ſub illo in toto Orbe Romano bella eſſent, Jani clauſi gloriam ſibi vindicare voluit. In cujus rei fidem in magno & parvo aere plura a Senatu Romano ſignari curavit Numiſmata, in quibus Jani templum depingeretur, & quidem cum ſuperbo hoc titulo, PACE P*opuli* R*omani* TERRA MARIQ*ue* PARTA IANVM CLVSIT. De quo ejus facto Suetonius in Nerone Cap. XIII. *Janum Geminum clauſit tam nullo quam reſiduo bello.*

XXI. XXII. Defecit in Nerone Julia progenies & Auguſti Stirps Imperatoria, quae in Tyrannos degeneraverat. Quare ſperabant Romani tranquilliora tempora ſub ſucceſſore Galba, antiquae moderationis & ſeveritatis viro. Hinc Roma, veluti quieſcens, reddita ſibi tranquillitate, conſueto more armis hoſtilibus inſidet, clypeo innixa laevo cubito, dextra vero manu divinitatis Symbolum, haſtam tenet. Galbam enim, tamquam Servatorem ſuum agnoſcebat, unde capiti ejus non Laurea, ſed Quernea adaptata Corona, adſcripto & nomine ejus & dignitatis titulo.

XXIII. Non omnino vanam Populi Romani de Galba fuiſſe ſpem inſigne hoc Numiſma demonſtrat, cujus inſcriptio R. XL. id eſt, R*emiſſa* QUADRAGESIMAE declarat, abolitum fuiſſe bonitate novi Imperatoris moleſtum ejuſmodi vectigal, de quo conſuli poteſt Illuſtriſſ. Ezech. Spanhemius de Uſu & Pr. Num. Tom. II. p. 550. In hoc vero Numiſmate non ſedens, ſed ſtans, depingitur Roma, nomine ſuo, ſicuti & in praecedenti nummo, adſcripto; depingitur autem innixa tropaeo, dextra tenens Victoriae ſignum, quod non modo Lauream, conſueto more dextra praefert, ſed inſuper laeva Cornucopiae tenet, ut deſignet temporum felicitatem, & abundantiam majorem rerum omnium, abrogato Quadrageſimae vectigale.

XXIV. Vacat.

XX. Neron *voulut avoir la Gloire de fermer le Temple de Janus, comme s'il avoit procuré une paix univerſelle à l'Empire Romain. Pour en perpetuer la mémoire il eut ſoin de faire frapper par le Sénat pluſieurs Médailles en grand & petit Bronze, ſur leſquelles étoit dépeint le Temple de Janus, avec cette Inſcription pompeuſe & pleine d'oſtentation :* Il a fermé le Temple de Janus, après avoir procuré la Paix au Peuple Romain par terre & par mer. *Suetone fait mention de ce Fait dans la vie de Neron, Chap.* XIII. Il ferma le Temple de Janus, *dit-il*, comme ſi toutes les guerres avoient été, ou terminées, ou aſſoupies.

XXI. XXII. La *Famille Julienne, ou la Maiſon Imperiale d'Auguſte, qui étoit enfin dégénerée en Tirans, finit avec Neron. Ainſi les Romains eſpéroient de joüir de quelque repos ſous le gouvernement de ſon ſucceſſeur Galba, homme qui tenoit beaucoup de la modération & des moeurs auſtéres des anciens Romains. C'eſt pourquoi l'on voit ici Rome aſſiſe, à l'ordinaire, ſur les armes de ſes Ennemis, & qui ſemble ſe repo er après qu'on lui a rendu la tranquilité. Elle a le coude gauche appuïé ſur un bouclier, & tient de la main droite une haſte, qui eſt le ſimbole ordinaire des Divinités. La tête de Galba eſt ornée d'une Couronne, non de laurier, mais de chêne, parce que Rome le regardoit comme ſon libérateur. La Légende contient le nom & les titres du nouvel Empereur.*

XXIII. Cette *Médaille nous fait voir, que l'eſpérance, que le Peuple Romain avoit conçuë de Galba, ne fut pas tout-à-fait vaine ; car l'Inſcription, qui porte,* R. XL.*, c'eſt-à-dire,* Remiſe de la Quarantième, *nous apprend, que l'impôt qui portoit ce nom, & qui étoit fort à charge au Peuple, fut aboli par le nouveau Prince. Ceux qui voudront ſavoir ce que c'étoit que cet impôt, peuvent conſulter l'illuſtre Spanheim, de Uſu & Pr. Num. Tom.* II. *p.* 550. *Dans notre Médaille Rome eſt dépeinte, non pas aſſiſe, mais debout, & s'appuïant ſur un trophée. Son nom y eſt écrit de même que ſur la précédente. Elle tient de la main droite une ſtatuë de la Victoire: laquelle ſtatuë a non ſeulement une Couronne de laurier dans ſa main droite, à l'ordinaire ; mais elle tient auſſi de la gauche une Corne d'abondance, pour deſigner la félicité de ces tems-là & une plus grande l'abondance de toutes choſes, l'impôt de la Quarantième aïant été abrogé.*

XXIV. Cette *Médaille eſt en blanc ſur la Planche.*

PLANCHE V.

Contenant les Médailles de Galba, de Vitellius & de Vespasien.

MEDAILLE I.

CETTE *Médaille de Galba est fort remarquable, tant par son Tipe que par son Inscription. L'Empereur y est assis, armé d'une cuirasse, la tête couronnée de laurier. Il tient de la main gauche un* Parazonium, *& il tend la droite à une Dame qui est debout vis-à-vis de lui. Elle est vêtue d'une longue robe trainante, & tient dans sa main gauche une Corne d'abondance, pendant qu'elle présente de la main droite un Trophée à l'Empereur. (Car c'est ainsi que cette figure est dépeinte plus distinctement dans Morel; au lieu qu'elle est plus obscure sur notre Médaille, qui est un peu fruste en cet endroit.) On lit sur le circuit: L'ESPAGNE: CLUNIE SULPICIE. Cette Inscription touche un Point d'histoire fort curieux, que Suetone raporte dans la vie de Galba, Chap.* IX. *où il marque l'occasion qui avoit poussé Galba à former la résolution de se rendre maitre de l'Empire.* On intercepta, *dit cet Historien*, des Lettres de Neron aux Intendans, par lesquelles il leur donnoit ordre de faire mourir Galba. Celui-ci d'ailleurs étoit confirmé dans son dessein, tant par des présages favorables, que par la prédiction d'une Vierge honnête & de grande réputation; d'autant plus que le Prêtre de Jupiter, averti en songe, avoit tiré du Cabinet de Clunia les Vers qui contenoient cette prédiction, & qui avoient été prononcés plus de deux-cens ans auparavant par une autre Prophetesse. *Le Sénat de Rome, par l'ordre duquel fut frappée cette Médaille, voulut donc en faire un monument à la gloire du Libérateur, qu'il croïoit lui avoir été envoïé miraculeusement d'Espagne. Voila pourquoi Clunia Sulpicia, (car Sulpicia étoit son surnom selon quelques Auteurs) qui étoit Espagnole, est dépeinte, à cause de cette Prophetie, offrant un Trophée à l'Empereur pour la victoire remportée sur le lâche Neron & sur ses autres Ennemis, pendant qu'elle tient de l'autre main une Corne d'abondance, qui est le simbole des choses dont la Province d'Espagne abondoit.*

II. IL *n'y a point d'obstacles si difficiles que la Vertu ne surmonte, & l'Honneur a coutume de l'ac-*

TABULA V.

Continens Numismata Galbae, Vitellii & Vespasiani.


NUM. I.

ET typo & inscriptione memorabile hoc Galbae Numisma est. Sedet in eodem Imperator loricatus, capite laureato, laeva tenens parazonium; dextram extendit versus matronam stantem ex adverso, stolatam, quae sinistra manu tenet Cornucopiae, dextra vero Tropaeum (sic enim nitidius figura, hoc in nummo subobscura, apud Morellium depingitur) quod Imperatori offert. In circuitu scribitur HISPANIA CLVNIA SVL*picia.*


Tangit nobilissimum hoc Numisma Historiam, quam in Vita Galbae narrat Sueton. Cap. IX. occasionem innuens, qua ad adripiendum Imperium fuerat provocatus. *Nam & mandata* (inquit) *Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat; & confirmabatur cum secundissimis auspiciis, & ominibus, tum virginis honestae vaticinatione; tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluniae ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronunciata.* Senatus itaque Romanus, cujus auctoritate & jussu signatum Numisma fuit, in illo exstare voluerunt divinitus sibi ex Hispania missum Liberatoris monumentum. Nam Clunia Sulpicia (ita enim juxta quosdam cognominabatur) quae in Hispania erat, propter illud vaticinium, depingitur obferens Imperatori Tropaeum de Nerone inerti aliisque adversariis, dum ipsa manu altera Cornucopiae tenet, symbolum illarum rerum quibus Hispania provincia abundabat.

II. VIRTUTI difficilia quaeque cedunt, illamque Honor comitari solet;

TAB. V.



HISPANIA CLVNIA SVL
S·C
HONOS ET VIRTVS
S·C
ADLOCVTIO
ADLOCVTIO S·C
S·C
A·VITELLIVS GERMANICVS IMP·AVG·P·M·TR·P
HONOS TE VIRTVS
S·C
CENSOR II
S·C
VRBS RESTITVTA
S C
VRBEM RESTITVTAM
S·C
OB CIVES SERV
S·C
ANNONA AVG
S C
IMP·CAESAR·VESPASIANVS·AVG·P·M·TR·P·COS·III
HONOS ET VIRTVS
S·C
S·P·Q·R OB CIVES SERVATOS
S·P·Q·R· ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE
S C
ROMA
ROMA RESVRGENS
S·C
IVDAEA
S·C
AVGVSTI
S·C
SPES AVGVSTA
S·C
VICTORIA AVG
S·C
S·C



let; quare, Numinum ritu, adornati; recte conjunguntur in altero hoc Galbae Numiſmate, ſymbolis ſuis agnoſcendi, atque adſcriptis inſuper nominibus. Typo deſignari puto firmam Senatus ſpem: fore, ut ſub hoc antiqui moris Principe, antiqua Romanorum ſeſe exſereret Virtus, vigeretque Honos Reipublicae aeternus.

III. IV. Typos Adlocutionum duos haec repraeſentant Numiſmata, quod & docent additae inſcriptiones. In utroque Imperator, ſtans in ſubſtructione, una cum Praefecto praetorio, adloquitur cohortes, quae per ſigniferos exprimi ſolent; in ſecundo ex duobus Nummis alae, ſive equeſtres copiae per equum militibus adpictum deſignantur.

V. VI. Prioris nummi vacat locus, poſterior, qui nudam Senatus Conſulti notam in area exhibet, ad Vitellium ſpectare videtur.

VII. VIII. Vitellii caput, addita inſcriptione nominis & titulorum, in antica parte cognoſcitur; in poſtica gloriam Galbae aequare nititur; ſive potius ſimilem ſub Vitellio ſtatum exoptat Senatus Romanus, qui eodem Honoris & Virtutis typo, quo antea Galbae, nunc Vitellio nummos obtulit.

IX. Inter nobiliſſimos Vitellii Nummos numerari hic meretur. Cenſuram enim L. Vitellii, qui Imperatoris pater exſtitit, refert. Docet id adpoſita inſcriptio, & Suetonii inſignis locus. Laudans enim patrem Auli Vitellii Imperatoris, Lucium Vitellium, ut virum induſtrium & innocentem, Cap. II. ita de eodem ſcripſit: *Mox cum Claudio, duos inſuper ordinarios Conſulatus, Cenſuramque geſſit.*

X. Verum id Vitelliae familiae & competens decus fuit, non tamen proprium Imperatoris, qui Urbi nocuit, & helluonum Princeps atque altiſſimus gurges, perdendae Reipublicae, ſi longius imperaſſet, videbatur fuiſſe genitus.

l'accompagner. C'eſt donc avec grande raiſon qu'on les a joints enſemble ſur cette Médaille de Galba, où ils ſont repréſentés avec les ornemens ordinaires des Divinités. On les y reconnoît à leurs Symboles, & de plus leurs noms ſont écrits ſur la Médaille. Je crois qu'on a voulu marquer par ce Tipe la ferme eſpérance qu'avoit le Sénat, que, ſous un Prince dont les moeurs ſe reſſentoient de l'ancienne gravité, l'ancienne vertu des Romains ſe réveilleroit, & qu'ils s'immortaliſeroient par la gloire de leurs belles actions.

III. IV. Ces *Médailles repréſentent deux Harangues de l'Empereur aux Soldats, & c'eſt ce que marquent auſſi leurs Inſcriptions. Dans toutes les deux, l'Empereur debout ſur une eſpèce de tribune, avec le Chef de la Garde Prétorienne, harangue les Cohortes, qui ont coûtume d'être repréſentées par leurs Porte-Enſeignes. Dans la ſeconde de nos deux Médailles, les Troupes de Cavallerie ſont deſignées par un cheval qu'on voit auprès des Soldats.*

V. VI. La *première de ces Médailles eſt en blanc dans la Planche. La derniere, dont le champ ne contient autre choſe que la marque de l'ordre du Sénat, ſemble apartenir à Vitellius.*

VII. VIII. On *voit ſur la première face de ces Médailles la tête de Vitellius, avec une Inſcription qui contient ſon nom & ſes titres. Sur le Revers, il tâche de s'égaler à Galba; ou plutôt le Sénat veut engager ce nouveau Prince à conſerver les choſes dans l'état où elles étoient ſous le vieux Galba. C'eſt pourquoi il conſacre à Vitellius des Médailles avec le Tipe de l'Honneur & de la Vertu, comme il avoit déja fait auparavant à l'égard de l'autre Empereur.*

IX. La *Médaille dont il s'agit maintenant, doit être comptée parmi celles de Vitellius dont on fait le plus de cas; car il y eſt fait mention que L. Vitellius, ſon Pere, exerça la charge de Cenſeur. C'eſt ce que nous apprend l'Inſcription de notre Médaille, de même qu'un endroit remarquable de Suetone. Car cet Hiſtorien, après avoir loüé au Chap.* II. *Lucius Vitellius, Pere d'Aulus Vitellius Empereur, comme un homme de bien & vigilant, ajoûte en parlant de lui:* Bientôt après il fut deux fois Conſul, & exerça l'office de Cenſeur, avec Claude.

X. Ce *qu'on vient de dire à la loüange du Pere de Vitellius, fait honneur à cette Famille, mais non pas à cet Empereur, qui nuiſit beaucoup à la République par ſa moleſſe & par les dépenſes exceſſives où l'engageoit ſa gourmandiſe inſatiable. En un mot, il paroiſſoit né pour la ruine de l'Empire, s'il*

s'il avoit regné plus long-tems. C'est donc envain qu'on le flatte dans cette Médaille & dans la suivante, d'avoir rétabli la Ville *de Rome*, & *de lui avoir rendu son premier éclat.*

XI. QUOIQUE *la Médaille précédente ne soit pas commune, celle-ci néanmoins est encore plus rare. On y donne la gloire à Vitellius* d'avoir rétabli la Ville. *Cet Empereur, suivi de deux Soldats armés de boucliers, aide Rome, qui est tombée sur ses genoux, à se relever. Comme si le mechant Vitellius devoit mieux gouverner l'Empire que n'avoit fait qu'Othon.*

XII. LES *Troupes d'Othon aïant été mises en déroute dans une rencontre auprès de Bebriac, & ce Prince aïant renoncé volontairement à l'Empire & à la vie peu de jours après cet échec, il fut aisé à Vitellius de s'emparer de l'Empire. Il s'énorgueillit néanmoins beaucoup de cette Victoire telle quelle; &, comme s'il eût conservé les Citoyens, lui qui avoit allumé la guerre civile dans le sein de sa Patrie, il souffrit volontiers qu'on frappât des Médailles, sur lesquelles étoit gravée* la Victoire d'Auguste. *Ce Tipe est disposé de façon que la Déesse écrit elle-même, sur un bouclier suspendu à un palmier, ces mots:* pour avoir conservé les Citoyens.

XIII. IL *semble que Vitellius ait eu soin de pourvoir de vivres la Ville de Rome. C'est ce que le Sénat paroît du moins reconnoître par le Tipe de cette Médaille. Il n'est pas fort étonnant qu'un Prince adonné à la bonne chére, & qui ne songeoit qu'à son ventre, ait pris quelque soin de ce qui regardoit la nourriture du corps. D'ailleurs il n'étoit pas possible de conserver la tranquillité dans une Ville aussi grande que Rome, si le peuple eût souffert de la disette; puisque ventre qui a faim, n'a point d'oreilles.*

XIV. XV. LA *Vertu fut enfin couronnée en la Personne de Vespasien, & l'Honneur fut rapellé & rentra dans ses droits sous son Régne. Ainsi, ce fut à plus juste titre qu'on grava les symboles de l'Honneur & de la Vertu sur une Médaille de ce Prince, frappée sous son troisiéme Consulat, que non pas sur les Médailles mensongéres de Vitellius, ou même de Galba, qui ne répondit guéres à l'espérance que les Romains avoient conçûë de lui.*

XVI. XVII. LE *Sénat donc, pour reconnoître le grand mérite de Vespasien, lui offrit la Couronne Civique, & fit frapper des Médailles à son honneur. Sur la première de ces Médailles, l'Inscription contenuë dans la Couronne marque, que* le Sénat & le

nitus. Frustra igitur VRBS RESTITVTA sub hoc Principe laudatur in hoc & sequenti Nummo.

XI. QUAMVIS haud vulgare sit quod praecessit Numisma, rarius tamen hoc ipsum est, in quo VRBEM RESTITVTAM gloriatur Vitellius, qui, pone sequentibus, sive adstantibus duobus militibus clypeatis, prolapsam in genua Romam sublevat. Quasi vero melius Rempublicam Vitellius, quam Otho foret administraturus.

XII. LEVI pugna ad Bebriacum victor Vitellius, deserente mox Rempublicam Othone, Imperium rapuerat. Ista tamen qualicunque Victoria plurimum sese extulit Vitellius, & quasi servasset cives, qui civili bello patriam inplicuerat, recepit Nummos, quibus VICTORIAE AVGVSTI insculperetur titulus, & ita quidem, ut clypeo palmae arbori adpenso inscriberet Dea, OB CIVES SERVatos.

XIII. ANNONAE aliquam curam gestasse videtur Vitellius, certe hoc agnoscere Senatus typo hujus Nummi, ex similibus Neronis repetito, videtur. Neque mirum gulae deditum Principem, atque unice ventri servientem, cogitasse de rebus quae ad satietatem ventris spectabant; neque poterat diu perennare quies immensae urbis Romae, si esurire cogeretur venter plebeïus, auribus carens.

XIV. XV. VIRTUTI in Vespasiano, Principe Imperio Romano digno, sua data sunt praemia; rediitque sub illo Imperatore Imperio Honos. Quare rectius in Nummo sub tertio ejusdem Consulatu cuso, Honoris & Virtutis Symbola insculpta cernuntur quam in mendacibus Vitellii nummis, vel Galbae, de quo praeter spem vix aliquid Respublica habuit.

XVI. XVII. VESPASIANO igitur magno suo merito Civicam obtulit Senatus, atque Numismata signavit, in quorum altero scriptum intra ejusmodi Coronam legitur *Senatus PopulusQue* Ro-

Romanus OB CIVES SERVATOS. in altero *Senatus PopulusQue Romanus* ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE.

XVIII. Typus in hoc Numiſmate agnoſcitur Romae Terrarum Orbis dominae. Subtus adſcribitur ejus nomen. Ipſa vero tamquam Regina, Dearum more ſeminuda, ſeptem ſuis inſidet collibus, ſecuro veluti imperio, caput manu dextra fulciens, laeva vero clavae Herculis vel parazonio innititur. Ad latus ſiniſtrum, ſive pedes, cernitur Lupa cum Gemellis, ante pedes figura adparet ſedens, femina prouti pictor repraeſentavit, ſed quam fluvium ipſe reor virili forma, eoque deſignari regnatorem aquarum Tyberim.

XIX. Sub Vitellio quidem prolapſa erat Reſpublica; per blanditias igitur mentitus fuit Senatus, quum (uti vidimus Num. XI.) nummos Imperatori illi ſignavit cum typo ſublevatae ab eodem urbis Romae. Adflictam eamdem reſtituit Veſpaſianus, ut hujus praeclari Numiſmatis typus docet. Notari velim in illo legi ROMA RESVRGENS, quum alia ejus generis paſſim exhibeant ROMA RESVRGES.

XX. Belli Judaici gloria, atque ſubacta Judaea ad Flavium Veſpaſianum ejuſque filium Titum proprie pertinent; hinc IVDAEA CAPTA in hoc nummo per Palmam arborem exprimitur; ſortemque ſuam luget infelix terra, Provincia facta Romana, per illum Imperatorem, qui imperatorio habitu ſtans pone arborem exhibetur.

XXI. Egregiae caelaturae pulcherrimus hic Veſpaſiani, certe quem ego poſſideo, Nummus eſt. In eo enim ipſa Victoria Dea, ſtans coram Imperatore, illi Tutelam Reipublicae Romanae tradit, ſacrum videlicet Imperii pignus, Palladium. Tuitus Rempublicam egregie fuit Veſpaſianus, neque Flaviae gentis, ſi abſuiſſet Domitianus, illam poenituiſſet umquam.

XXII. Quae in multis Imperatoribus levi nitebatur fundamento Spes Imperii, concipi de Veſpaſiano firmior pote-

le Peuple Romain *conſacrent ce monument à Veſpaſien*, pour avoir conſervé les Citoyens. *L'Inſcription de la ſeconde eſt conçûe en ces termes:* le Sénat & le Peuple Romain, au defenſeur de la liberté publique.

XVIII. On *voit ſur cette Médaille le Tipe de Rome, Capitale du Monde; ſon nom eſt écrit audeſſous. Elle eſt aſſiſe comme Reine, ſur ſes ſept montagnes, & elle y eſt à demi-nuë à la maniére des Déeſſes. Pour marquer la tranquilité dont elle joüiſſoit, elle a la tête appuïée ſur ſa main droite, pendant qu'elle s'appuïe de la main gauche ſur la maſſuë d'Hercule, ou ſur le* Parazonium. *Vers le bas de cette figure, à côté gauche, on voit la Louve avec les Jumeaux. Devant elle, à ſes pieds, il y a une figure aſſiſe. C'eſt une figure de femme, ſi l'on s'en raporte au Graveur; mais je crois plutôt que c'eſt une figure d'homme, & qu'on a voulu deſigner par-là le Roi des fleuves, c'eſt-à-dire, le Tibre.*

XIX. Sous *Vitellius la République tomboit en décadence. Ainſi ce fut aux dépens de la vérité que le Sénat flatta cet Empereur d'avoir relevé Rome de ſa chute, comme on a vû au N°. XI. Mais cet honneur apartient legitimement à Veſpaſien. C'eſt donc avec juſtice que notre Médaille lui attribuë la gloire d'avoir rétabli Rome. Il eſt à remarquer qu'on lit ſur cette Médaille:* Rome Renaiſſante; *au lieu que ſur beaucoup d'autres, par l'omiſſion d'une lettre, on lit:* Rome, tu renaitras.

XX. La *gloire d'avoir terminé la guerre des Juifs, & d'avoir ſoûmis la Judée, apartient proprement à Veſpaſien & à Tite ſon fils. C'eſt pourquoi on lit ſur cette Médaille:* la Judée conquiſe. *La Judée eſt ici repréſentée par un palmier, & elle y déplore ſon ſort de ſe voir réduite en Province Romaine. L'Empereur, qui l'a ſubjuguée, eſt dépeint debout & en habit Imperial auprès du palmier.*

XXI. Cette *Médaille de Veſpaſien eſt très-belle & parfaitement bien gravée, du moins celle que je poſſede. La Déeſſe Victoire, qu'on y voit debout devant l'Empereur, le charge de défendre la République Romaine, en lui mettant entre les mains le gage ſacré de l'Empire, c'eſt-à-dire, le Palladium. Veſpaſien s'acquitta très-bien de ce devoir; & Rome auroit toûjours regretté la Maiſon des Flaves, ſans Domitien.*

XXII. Vespasien *avoit bien plus de ſujet de prétendre à l'Empire, & d'eſpérer de réüſſir dans ſon entrepriſe, que pluſieurs de ceux qui l'avoient*

voient précédé. Il avoit donné avant ſon avénement à l'Empire des marques d'une Vertu non équivoque. Auſſi l'eſpérance, qu'on avoit conçuë de lui, ne trompa-t-elle point. C'eſt pourquoi, le Tipe de notre Médaille célébre l'Eſperance Auguſte. *Elle y eſt repréſentée ſous la figure d'une Déeſſe, qui préſente la main droite à trois Soldats; parce que Veſpaſien avoit ſecouru la République à main armée, & qu'il y avoit tout lieu d'eſpérer que ce Prince guerrier l'affermiroit par la force des armes.*

XXIII. XXIV. Vespasien, *aïant dompté entiérement la Nation Juive, & mis fin par-là à une guerre très-ſanglante, reçoit les honneurs du triomphe dans la première de ces Médailles; (à moins que l'on aime mieux expliquer ce Tipe de ſa marche Conſulaire; car l'Inſcription de la mienne, du côté de la tête, porte:* Conſul pour la IIII. fois.) *Dans l'autre, il fait des Sacrifices devant un édifice, qui ſemble être le Temple de Janus, & il eſt voilé, ſelon la coûtume. La Déeſſe Victoire, qui eſt debout derriere lui, avec une palme dans la main gauche, lui met de la main droite une Couronne ſur la tête. Cette Médaille, eſt ordinairement datée du* III. *Conſulat de Veſpaſien.*

poterat. Dederat verae virtutis ſpecimen ante Imperium; itaque in Imperio ſpes, concepta ante, non fefellit. Celebratur igitur hujus Nummi typo SPES AVGVSTA, quae depingitur per Deam cum tribus figuris militaribus dextram jungentem, quoniam armata manu Rempublicam vindicaverat Veſpaſianus, atque armis porro, bellicoſus Princeps, confirmaturus videbatur.

XXIII. XXIV. Parta de Judaeis inſigni victoria Veſpaſianus, & confecto atrociſſimo bello, in altero quidem ex duobus hiſce Nummis exhibetur vectus Quadrigis triumphalibus, (niſi de proceſſu Conſulis capere malis, a parte capitis enim inſcribitur Conſul IIII.) in altero ſacra faciens ante quoddam aedificium, Jani, ut videtur, templum, velatus ipſe pro more. Adſtans illi a tergo coronam inponit Victoria, laeva manu palmae ramum tenens; & hoc quidem Numiſma a parte capitis Conſulatu Veſpaſiani tertio inſcribi ſolet.

PLANCHE VI.

Contenant les Médailles de Veſpaſien & de Tite.

Medailles I. II.

Ces *deux Médailles marquent pour leur date le* III. *Conſulat de Veſpaſien. Elles portent l'une & l'autre des Tipes de la Paix. L'Inſcription de l'une eſt:* la Paix du Peuple Romain; *& celle de l'autre:* la Paix Auguſte. *Dans la première cette Déeſſe eſt repréſentée debout, portant un rameau d'olivier dans la main droite, & une corne d'abondance dans la gauche. Dans la ſeconde, la ſtatuë de la Déeſſe eſt accompagnée de plus d'ornemens. Elle tient une torche allumée, avec laquelle elle met le feu à un tas d'armes, afin que la guerre ne puiſſe ſe réveiller. On voit auprès d'elle un Autel, qui fume des ſacrifices offerts aux Dieux pour les remercier de la Paix. Car, c'eſt ainſi que cette figure eſt répréſentée ſur les*

TABULA VI.

Comprehendens Veſpaſiani & Titi Numiſmata.

Num. I. II.

Pacis typos vides in duobus Nummis, qui a parte capitis tertium Veſpaſiani Conſulatum praeferunt. Alter ex his inſcribitur PAX *Populi* ROMANI, alter PAX AV*Guſta.* Dea ſtans in primo, dextra oleae ramum praefert, laeva cornucopiae tenet. In ſecundo amplior ejuſdem Divae occurrit ornatus; ſtat enim dextra facem accenſam tenens, qua arma comburit, ne reſurgere bellum poſſit. Fit illud juxta aram Diis ob adquiſitam pacem fumantem, ſic enim rudior in hoc Reginae nummo figura, & aliquantulum detrita, in aliis aſperiori-


TAB VI.
1.
PAX · P · ROMANI
S C
2.
PAX · AVG ·
S · C
3.
CAES · AVG · F · DES · IMP · AVG · F · COS · DES · ITER
4.
S · C
5.
S · C
6.
S
7.
S C
8.
DIVUS · AVGUST · VESP
9.
T · CAES · DIVI · VESP · F · AVG · P · M · TR · P · P · P · COS · VIII
S · C
10.
DIVO · AVG · VESP ·
S · P · Q · R ·
11.
12.
13.
14.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ · ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ · ϹΕΒ
15.
S · P · Q · R
16.
S C
17.
T · CAES · VESPASIAN · IMP · PON · TR · POT · COS · II
18.
S C
19.
IVDAEA
S · C
20.
S C
21.
AVGVST ·
OB CIVES SER
22.
S · C
23.
CAESAR · DOMITI · COS
S C
24.
CONGIAR · PRIMVM · P · R · DAT ·
S · C



rioribus exhibetur, in quibus etiam haud quaquam fulmen, quod Paci minime convenit, laevae inponitur, ſed oleae ramus. Poſt Deam ſtantem Columna cernitur, cui haſta & clypeus adpoſita ſunt. In ſummo eſt icuncula, quae Jovis videtur ex habitu, dextra fulmen, laeva haſtam tenentis; verum in aliis nummis Martis eſt Typus, qui dextra clypeo nititur, laeva haſtam tenet.

les Médailles qui ſont mieux conſervées que celle de la Reine Chriſtine, qui eſt un peu fruſte de ce côté-là. On ne voit pas non plus ſur ces Médailles bien conſervées, que la Déeſſe tienne un foudre à la main, mais un rameau d'olivier. Ce dernier ſimbole convient à la Paix, & non pas l'autre. Derriére la Déeſſe, on voit une colonne, à laquelle ſont ſuſpenduës une pique & un bouclier. Au haut, il y a une petite ſtatuë, qui ſemble être celle de Jupiter; car elle tient un foudre dans la main droite, & une haſte dans la gauche; mais, ſur d'autres Médailles, ce Tipe repréſente Mars, qui s'appuïe de la main droite ſur un bouclier, & qui tient de la gauche une haſte.

III. Mascula prole gemina felix praedicatur in hoc typo Caeſarea domus, ſucceſſionis ampla ſcilicet ſpe. Stant ex oppoſito, ornatu imperatorio inſtructi Titus & Domitianus, cum hac inſcriptione: CAESAR AVG*uſti* F*ilius* DES*ignatus* IMP*erator*. AVG*uſti* F*ilius* CO*n*S*ul* DES*ignatus* ITE*rum*. Prior inſcriptionis pars Titum, poſterior Domitianum ſpectat. Varia autem hujus generis ſunt Numiſmata, eodem typo, ſed inſcriptionibus aliquantum diſcrepantes; adjiciuntur enim in nonnullis Titi & Domitiani nomina.

III. Le *Tipe de cette Médaille releve le bonheur de la Maiſon Impériale, où il y avoit deux Enfans mâles, qui ſe montroient déja dignes du haut rang auquel la fortune les apelloit. On y voit Tite & Domitien vis-à-vis l'un de l'autre, revétus des ornemens Imperiaux, avec cette Légende:* Céſar Fils d'Auguſte, déſigné Empereur. Le Fils d'Auguſte, déſigné Conſul pour la ſeconde fois. *La premiére partie de cette Légende regarde Tite, & la ſeconde Domitien. Il y a pluſieurs Médailles de cette eſpèce, qui ont toutes le même Tipe, mais elles différent un peu dans leurs Inſcriptions; car les noms de Tite & de Domitien ſont ajoûtés dans quelques-unes.*

IV. Quamvis nulla adpingatur Inſcriptio, ex collatione tamen typi non valde diſſimilis infra Num. XIX. qui ad Titum ſpectat & IVDAEA inſcribitur, clarum eſt, ad Judaeam ſpectare utrumque. Implorat in utroque opem & tutelam illa Provincia, quae miſere bellis & excidiis adflicta, Romana nunc facta, recte Principis ſui clementiam atque curam deſiderat. Figura quidem virilis ingeniculata; adcurrens autem, adtonita veluti, muliebris, utraeque manus extendentes, Veſpaſianum, ſibi ut ſuccurrat, rogant. Neque enim corona radiata figuram muliebrem exornari debere credo, quum careat eadem ſupplex figura in nummo eodem apud Andream Morellium, & pariter infra in Titi nummo. Ipſe quoque Veſpaſianus in Morellii typo nudo eſt capite, non radiato. Radiata tamen corona in Reginae nummo exornari potuit, quum paſſim in medio aere radiata corona inſigne Veſpaſiani caput ſit. Victoriae

IV. Quoiqu'il *n'y ait point d'Inſcription ſur cette Médaille, ſi on compare néanmoins ſon Tipe avec une autre aſſez ſemblable, qu'on verra plus bas au N°.* XIX, *qui regarde Tite, & qui a pour Inſcription,* la Judée, *il eſt évident qu'elles concernent la Judée l'une & l'autre. Cette Province, qui avoit été ruinée par les guerres, demande du ſecours & de la protection dans les deux Médailles. Devenuë Province Romaine, elle a droit d'implorer la clemence de ſon Prince. On y voit une figure d'homme à genoux, & une autre de femme, qui accourt comme toute étonnée. L'un & l'autre, étendant les mains vers Veſpaſien, le ſupplient de les ſecourir; car je ne crois pas que la figure de femme doive porter une Couronne radiale, puiſque cette figure ſuppliante ne porte point de Couronne ſur la Médaille de même eſpèce qu'on voit chez André Morel, non plus que ci-deſſous dans la Médaille de Tite. Veſpaſien lui-même a la tête nuë & ſans Couronne dans le Tipe de Morel. On a pû cependant lui orner la tête d'une Couronne radiale dans la Médaille de la Reine Chriſtine, vû que Veſpaſien porte ordinairement cette Couronne ſur les Médailles de moïen Bronze. Il tient dans la main droite une ſtatuë de la Victoire,*

re, qu'il ſemble recevoir de la figure féminine dans notre Tipe: mais cela n'eſt pas de même chez Morel, & je ſuis de ſon ſentiment. D'ailleurs Veſpaſien met ici le pied droit ſur un caſque, & Tite fait la même choſe ci-deſſous; au lieu que dans la peinture de notre Médaille on lui met un petit eſcabeau ſous les pieds. Le palmier qu'on voit ici, nous eſt un ſûr témoignage que ce Tipe regarde la Judée.

V. On *voit ſur cette Médaille un beau Temple de Jupiter, qui eſt orné de pluſieurs colomnes. C'eſt le Tipe du Capitole rebâti par Veſpaſien; car il avoit été brûlé dans un combat qui s'étoit donné durant la guerre civile contre Vitellius. Ce Tipe nous confirme ce que Suetone raporte à ce ſujet dans la vie de Veſpaſien, Chap.* VIII. *Voici ſes paroles:* Aïant entrepris de rebâtir le Capitole, il mit lui-même le premier la main à l'oeuvre, pour ôter les décombres, & en emporta quelque peu ſur ſes épaules, &c.

VI. Si *nous diſions que le Sénat a voulu par ce Tipe comparer Veſpaſien à Hercule, peut-être ne nous tromperions nous pas de beaucoup. A la vérité, il ſe peut auſſi qu'on ait dédié cette ſtatuë à Hercule même, dans le deſſein d'honorer ce Dieu. Quoi qu'il en ſoit, Hercule eſt ici repréſenté nud, s'appuïant de la main droite ſur ſa maſſuë, d'où pendent les dépouilles du Lion de Nemée. Dans ſa main gauche il tient les pommes des Heſpérides. Il n'y a point d'autre Inſcription que celle de l'ordre du Sénat.*

VII. Cette *Médaille offre auſſi à la vûë un Temple conſiderable, ſoit que ce ſoit encore celui de Jupiter Capitolin, dépeint d'un autre côté; ou plutôt celui de Claude, que Veſpaſien fit auſſi bâtir, comme Suetone nous l'apprend au Chap.* IX. *de ſa Vie.* Il fit auſſi conſtruire, *dit cet Hiſtorien*, le Temple du Divin Claude ſur le mont Coelius. A la vérité, il avoit été commencé par Agrippine, mais Neron l'avoit preſque détruit de fond en comble.

VIII. IX. Ce *Tipe ſe raporte aux honneurs divins rendus à Veſpaſien après ſa mort & ſon apothéoſe. Veſpaſien y eſt repréſenté aſſis avec la haſte & un rameau d'olivier ou de laurier, à la maniére des Dieux. La Légende porte:* Le Divin Auguſte Veſpaſien. *L'ordre du Sénat eſt marqué dans le champ du Revers, & le circuit eſt chargé de cette Légende:* Tite Céſar, Fils du Divin Veſpaſien, Auguſte, Souverain Pontife, jouïſſant de la Puiſſance Tribu-

ctoriae ſignum dextra tenet, quam in hoc typo recipere a figura muliebri videtur, non item (cui adſentior) apud Morellium; praeterea ibi galeam pede dextro premit Veſpaſianus, ſicuti infra Titus; ſcabellum autem in hujus nummi delineatione eidem ſubjicitur. Judaeae certe typum adpoſita Palma arbor teſtatur.

V. Jovis Optimi Maximi inſigne & multis ſtatuis exornatum in praeclaro hoc Numiſmate occurrit Templum. Typus videlicet refecti per Veſpaſianum Capitolii, quod civili cum Vitellio certamine deflagraverat. Suetonium igitur inluſtrat inſigne hoc Numiſma. Verba ejus in Veſp. Cap. VIII. haec ſunt: *Ipſe reſtitutionem Capitolii adgreſſus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quaedam extulit*, &c.

VI. Si Herculi, per Senatum Romanum, hoc typo comparatum velimus Veſpaſianum, forſitan haud errabimus; quamvis & ſtatua Herculi dicata ejuſque Dei honos hac effigie exprimi potuit. Cernitur nudus, dextra clavae innixus, laeva Heſperidum tenens poma, & clavae innitens, ex qua dependent Leonis exſuviae, nulla inſcriptione, niſi Senatusconſulti nota, addita.

VII. Et in hoc Numiſmate inſigne aliquod Templum depingitur; ſive id ipſum ſit Jovis Capitolini ab alia parte viſendum, ſive potius Divi Claudii; quod itidem ab optimo Principe exſtructum fuiſſe adſerit Sueton. in Vita ejus Cap. IX. *Divique Claudii in Coelio monte, coeptum quidem ab Agrippina; ſed a Nerone prope funditus deſtructum.*

VIII. IX. Ad honores, Veſpaſiano poſt mortem & Apotheoſin habitos, typus ſpectat. Statua cernitur Divi Veſpaſiani, Deorum ritu ſedentis cum haſta & oleae ſeu lauri ramo, atque hac in circuitu inſcriptione: DIVVS AVGVSTVS VESP*aſianus*. Alteram partem nota Senatusconſulti occupat; in circuitu ſcribitur: T*itus* CAESar DIVI VESP*aſiani* F*ilius* AVG*uſtus*

stus P*ontifex* M*aximus*, TR*ibunicia* P*otestate* P*ater* P*atriae.*

X. Divinos honores, eidem Imperatori habitos, & hic typus respicit; Circenses scilicet pompamque ejusmodi Ludorum, in quibus post Deorum thensas currusque, transvehi quoque imagines Imperatorum, qui consecrati erant, moris fuit. Thensa itaque Vespasiani depingitur, quam trahunt quatuor elephanti, insidentibus totidem rectoribus. Ipsum Vespasiani signum, dextra manu hastam, laeva Victoriolam tenet; adscribitur: DIVO VESPASIANO.

XI. XII. Graecus hic Nummus ab altera parte Vespasiani laureatum exhibet caput, ab altera Victoriae cum humeris & alis, atque nota quae indicat tertio imperii ejusdem anno cusum fuisse.

XIII. XIV. In Cypro insula signatum hoc Numisma fuit. Jovem Capitolinum sese venerari profitentur Cyprii, atque gratulari Vespasiano, quod is refectionem Capitolii in se suscepisset. Imago Jovis seminudi, sed pallio tecti, stat, dextra manu pateram tenens; laeva, cui aquila insidet, bacillo innixa; anno imperii Vespasiani octavo signatum fuisse a Cypriis adparet ex hac inscriptione: ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ ΕΤΟΥΣ Η. i. e. COMMUNE CYPRIORUM, ANNO OCTAVO. Vespasiani caput ab altera parte laureatum cernitur, cum inscriptione quae nomen ejus atque dignitatem indicat.

XV. XVI. Sicuti Vespasiano, sic quoque uxori ejusdem ante illum defunctae, ex qua Titum atque Domitianum susceperat, divinus post mortem honos fuit habitus. Testatur id Numisma a Tito filio cusum; in cujus priore parte carpentum ejusdem, a mulabus tractum cernitur, cum hac inscriptione: MEMORIAE DOMITILLAE S*enatus* P*opulus*Q*ue* R*omanus.* Posteriorem aream Senatusconsulti occupat nota, cum hac in circuitu epigraphe: T*itus* CAES*ar* DIVI VESP*asiani* F*ilius* AVG*ustus* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*otestate* P*ater* P*atriae* CO*n*S*ul* VIII.

XVII.

bunicienne, Pere de la Patrie.

X. Ce *Tipe regarde encore les Honneurs divins qui furent deferés à Vespasien. Pendant la solemnité de jeux du Cirque, on avoit coûtume de porter sur des espèces de brancarts, ou de petits chariots, les statuës des Empereurs qui étoient consacrés, après celles des* XII. *grands Dieux. C'est pourquoi l'on voit ici le char de Vespasien, trainé par quatre élephans, sur lesquels il y a quatre hommes pour les conduire. La statuë de Vespasien tient une haste dans la main droite, & une petite Victoire dans la gauche. L'Inscription est:* Au Divin Vespasien.

XI. XII. Cette *Médaille Grecque représente d'un côté la tête de Vespasien couverte de laurier; & de l'autre un buste de la Victoire avec des ailes, & une marque qui indique qu'elle a été frappée la troisième année de l'Empire de Vespasien.*

XIII. XIV. Cette *Médaille a été frappée dans l'Isle de Chypre. Les Cypriots voulurent par-là temoigner la vénération qu'ils portoient à Jupiter Capitolin, & complimenter Vespasien du soin qu'il prenoit de faire réparer le Capitole. Le simulacre de Jupiter y est représenté debout, à demi-nud, mais couvert d'un manteau. Il tient une patére de la main droite; & de la gauche, sur laquelle l'aigle est perché, il s'appuïe sur une baguette. Il paroit par l'Inscription que cette Médaille fut frappée la huitième année de l'Empire de Vespasien. Voici ce qu'elle contient:* La Societé des Cypriots, l'an huitième. *On voit de l'autre côté la tête de Vespasien couronnée de laurier, avec une Légende qui exprime son nom & sa dignité.*

XV. XVI. La *femme de Vespasien, apellée Domitilla, de qui il avoit eu Tite & Domitien, étoit morte avant lui. Elle reçut les honneurs divins, aussi bien que son mari, après sa mort. C'est ce que nous apprend cette Médaille, qui fut frappée sous Tite son Fils. Sur la première face, on voit le char couvert de cette Princesse, trainé par deux mules, avec cette Inscription:* A la Mémoire de Domitilla, le Sénat & le Peuple Romain. *La marque de l'ordre du Sénat occupe le champ du Revers, & on lit cette Légende sur le circuit:* Tite César, Fils du Divin Vespasien, Auguste, Souverain Pontife, jouïssant de la Puissance Tribunicienne, Pere de la Patrie; Consul pour la VIII. fois.

XVII.

XVII. XVIII. Ce *Tipe exalte la valeur guerriére de Tite, (dont nous expliquons présentement les Médailles.) En effet ce fut un Prince très-brave. Il est ici représenté à cheval, renversant un Ennemi par terre. On voit, du côté de la tête, que cette Médaille a été frappée sous le second Consulat de Tite.*

XIX. Nous *avons vû ci-dessus l'explication de ce Tipe, N°. IV. Il y a seulement quelque différence par raport à la figure & aux ornemens de l'Empereur. Car ici Tite a la tête couverte d'un casque, à cause qu'il prit Jerusalem d'assaut, & qu'il subjugua la Judée par la force des armes, ainsi qu'il est exprimé dans l'Inscription. Il ne tient pas ici une petite figure de la Victoire, comme dans l'autre; mais il tend la main droite à des figures suppliantes.*

XX. Ce *Tipe représente la conquête de la Judée, comme l'Inscription l'enseigne. Cette Province, tristement assise, pleure son sort. Tite, debout auprès d'un palmier, tient le pied sur un casque.*

XXI. Cette *Médaille regarde encore la victoire remportée sur les Juifs. Le Tipe & l'Inscription sont tout-à-fait semblables à ceux d'une autre Médaille de Vespasien, qu'on a vûë dans la Planche précedente, N°.* XII.

XXII. Ce *Tipe représente ou la marche Consulaire, ou le Triomphe de Tite pour sa victoire sur les Juifs. On y voit cet Empereur porté sur un char qui marche lentement, de la même maniére qu'on a vû son Pere Vespasien dans la derniére Médaille de la Planche qui précede celle-ci.*

XXIII. La *tête de Tite paroit sur la premiére face de cette Médaille; mais le Revers regarde Domitien, & louë sa valeur guerriére. On y voit ce Prince armé d'une lance, comme dans une expédition militaire. L'Inscription porte :* César Domitien Consul.

XXIV. Cette *Médaille fait mention d'une liberalité faite au Peuple par l'Empereur. Il s'agit du Présent apellé* Congiarium. *L'Empereur est assis sur une tribune. Minerve, qui est debout à ses côtés, tient un hibou dans la main droite, & une haste dans la gauche. Au bas de la tribune, on voit un homme debout avec un mereau, ou un cachet, qui donnoit droit à ceux qui le recevoient, d'aller aux greniers publics chercher du bled. Un Citoyen Romain s'approche de cet homme, entendant le pan de sa robe. L'Inscription porte :* Premier Congiaire donné au Peuple Romain.

PLAN-

XVII. XVIII. Bellicam Titi Vespasiani (ejus enim nunc explicamus Nummos) virtutem hic typus commendat; fuit enim fortitudine praestans. Ipse eques hostem prosternit. Ex parte capitis patet sub Consulatu Titi secundo cusum Numisma fuisse.

XIX. Vidimus hujus typi explicationem supra Num. IV. discrimen in figura & in ornatu Imperatoris est; Titus hic galea tectum caput habet, is enim vi Hierosolymas cepit, atque Judaeam, cujus inscriptionem Nummus praefert, subegit; Victoriolam vero dextra non tenet, sed eamdem extendit ad figuras supplices.

XX. Captae Judaeae typus est, quod & inscriptio testatur. Lugens sedet Provincia; pede galeam premens, stat Titus, Palma arbore intermedia.

XXI. Et in hoc Numismate Victoriae Judaicae gloria exprimitur, Typus & inscriptio non discrepant a simili Patris Vespasiani Nummo, quem vide Tabula praecedente Num. XII.


XXII. Vel processus Consularis, vel Triumphi Judaici testis hic nummus est, in quibus lentis quadrigis vehitur Imperator Titus, sicuti Pater Vespasianus Nummo ultimo Tabulae praecedentis.

XXIII. Titi quidem caput anterior pars Nummi habet, sed posterior virtutem bellicam Patris Domitiani exprimit, qui in equo hastatus, utpote in bellica decursione, depingitur, adscripta hac epigraphe: CAESAR DOMITI*anus* CO*n*S*ul.*

XXIV. Liberalitas Augusti spectabilis, videlicet Congiarium Populo datum, solito typo depingitur. Sedet in substructione Imperator, adstante Minerva, quae dextra noctuam, laeva hastam tenet. Ad imam exstructionis partem stat vir cum tessera frumentaria, ad quem accedit, sinum pandens, civis Romanus, Epigraphe est: CONGIAR*ium* PRIMVM P*opulo* R*omano* DAT*um.*

TA-


TAB.VII.
1.
2.
IVD CAP
S C
3.
S C
4.
5.
PROVIDENTIA AVGVSTI
S C
6.
PIETAS AVGVSTA
S C
7.
S C
8.
8.
S C
9.
S·C
12.
CAES DIVI AVG VESP DOMITIANVS
13.
PRINCEPS IVVENT
S C
14.
15.
S C
16.
S C
17.
S C
18.
S·C
19.
S C
20.
S C
21.
GERMANIA CAPTA
S·C
22.
DE GER
S C
23.
PAX AVG
S C
24.



TABULA VII.

Exhibens Titi & Domitiani Numismata.

Num. I. II.

IUDaea CAPta inſcribitur averſa nummi pars, in qua cernitur dux hoſtium, Simon, quem in triumphum duxit Titus, manibus poſt terga ligatis; atque figura muliebris, Provinciam lugentem ſignificans, intermedia Palma arbore, quae Judaeae eſt Symbolum. Anterior nummi pars caput Titi laureatum exhibet cum nominibus ejus atque Conſulatus octavi memoria.

III. Martem Gradivum atque Tropaeophorum cernis; cui Deo ſcilicet in hoc nummo adſimilatur Titus, quemadmodum infra Num. XIII. Domitianus.

IV. In hoc, ſicuti & in eo, qui praeceſſit, nummo, nulla agnoſcitur Epigraphe praeter Senatusconſulti notam. Aream vero hujus exornant duo cornucopiae decuſſatim poſitae, intermedio caduceo alato. Typus ubertatem annonae & altam ſub Tito pacem deſignat.

V. Laudatur in hoc Titi nummo PROVIDENTIA AVGVSTI, qui videlicet, ut factiones ex Republica tolleret, omnemque ſollicitudinis Imperii ſpem aliis auferret, fratrem Domitianum conſortem fecerat Imperii; teſte enim Suetonio in Tito Cap. IX. *a primo Imperii die conſortem ſucceſſoremque teſtari perſeveravit*, Domitiano ſane nimis adpetente potentiam, qui (ut in Vita ejus Cap. II. refert Suetonius) *nunquam jactare dubitavit, relictum ſe participem Imperii, ſed fraudem teſtamento adhibitam.* Itaque Providentiae ejus reſpectu ſtantes ex adverſo Titus & Domitianus togati dextras jungunt, atque ſimul globum tenent, ſub quo temonem collocatum cernis; quo typo innuitur concordia mu-

PLANCHE VII.

Qui contient des Médailles de Tite & de Domitien.

Medaille I. II.

L*e Revers de cette Médaille a pour Inſcription:* La Judée conquiſe. *On y voit le Chef des Ennemis, qui a les mains liées derriére le dos, ſavoir Simon, qui fut mené en triomphe par Tite. On y voit auſſi une figure de femme, qui repréſente la Province en deuil. Le palmier, qui eſt le Simbole de la Judée, eſt entre ces deux figures. La tête de Tite, couronnée de laurier, paroit ſur la premiére face de la Médaille, avec ſon nom & ſes titres. La Légende marque ſon* VIII. *Conſulat.*

III. Vous *voyez ſur cette Médaille la figure de Mars, le Dieu des conquêtes & des trophées. Tite eſt ici comparé à ce Dieu, de même que nous verrons plus bas au N°.* XIII. *qu'on lui compare auſſi Domitien.*

IV. Cette *Médaille, non plus que la précédente, ne contient point d'autre Inſcription que celle de l'ordre du Sénat; mais le champ de celle-ci eſt orné de deux cornes d'abondance poſées en ſautoir, avec un Caducée ailé au milieu. Ce Tipe marque l'abondance des vivres & la profonde paix, dont l'Empire jouiſſoit ſous Tite.*

V. Notre *Médaille fait l'éloge de la* Prévoïance d'Auguſte, *c'eſt-à-dire de Tite, qui, pour empêcher les factions & pour aller au-devant de tout ce qui pouvoit troubler la tranquillité publique, avoit aſſocié ſon frere Domitien à l'Empire. Car, ſelon le témoignage de Suetone dans la vie de Tite, Chap.* IX. Depuis le premier jour de ſon Empire, il avoit toûjours déclaré Domitien ſon Collegue & ſon Succeſſeur; *pour tâcher ſans doute de contenter cet Eſprit altier & ambitieux, qui, comme raporte le même Suetone, Vie de Domitien, Chap.* II. ne ceſſoit de dire en toute rencontre, que ſon Pere l'avoit laiſſé héritier de l'Empire conjointement avec ſon Frere, mais qu'on avoit falſifié le teſtament. *La Médaille dont il s'agit ici, a donc été frappée pour loüer cette Prévoïance d'Auguſte. Tite & Domitien, revêtus de la togè, s'y donnent la main l'un à l'autre, & tiennent enſem-* ble

ble un globe, ſous lequel on voit un timon, pour marquer leur concorde mutuelle dans le gouvernement de l'Empire. On voit ſur cette Médaille une de ces deux figures, qui porte une Couronne radiale ſur la tête.

VI. On *voit ici un très-beau Tipe de l'union fraternelle, & cette Médaille eſt parfaitement bien gravée. La Déeſſe Concorde y joint elle-même les mains des deux Freres, Tite & Domitien; c'étoit avec plus de ſincerité néanmoins de la part de Tite que non pas de celle de Domitien, qui ne ceſſa jamais d'aſpirer à l'Empire par toutes ſortes de voies, quoique ſon frere* le conjurât ſouvent en particulier & avec larmes, de répondre à l'amitié qu'il lui portoit; *ſelon Suetone, dans la vie de Tite, Chap.* IX. *Ainſi l'Inſcription de notre Médaille*, La Piété Auguſte, *convient très-bien à Tite, mais peu ou point du tout à Domitien.*

VII. Le *Temple de Jupiter Capitolin nous eſt repréſenté ſous un point de vuë charmant dans cette Médaille, qui eſt très-rare. Ce Temple eſt orné de colonnes & de ſtatuës, qui ſont d'un travail exquis, tant au milieu, qu'à l'entrée & ſur le ſommet du toît. Veſpaſien entreprit, comme nous avons dit, de réparer le Capitole, & il paroit que Tite aida beaucoup ſon Pere dans l'exécution de cette entrepriſe.*

VIII. On *voit ſur cette Médaille un bâtiment fort magnifique, ſçavoir le Théatre qui étoit entre la borne du Cirque & la maiſon dorée. Veſpaſien fit conſtruire ce Théatre, Tite en fit la dedicace, & Domitien en fit repréſenter la forme & la perſpective ſur des Médailles; car celle-ci ne fut frappée qu'après la mort de Tite, ainſi que le témoigne l'Inſcription qu'on lit autour de la ſtatuë du Divin Tite, qui eſt aſſis ſur un ſiége curule, environné des dépoüilles remportées ſur les Ennemis. Voici ce qu'elle porte:* Au Divin Auguſte Tite Veſpaſien, Fils du Divin Veſpaſien.

IX. La *préſente Médaille contient encore une ſtatuë de Tite, qui lui fut auſſi conſacrée après ſa mort, mais avec des ornemens différens de ceux qu'on a vûs ſur la précédente. De plus notre Médaille porte le nom de Domitien, ſous lequel elle a été frappée. On voit ſur la première face la ſtatuë de Tite aſſiſe, la tête raïonnée, avec un rameau dans ſa main droite & une baſte dans la gauche. Devant lui, à ſes pieds, il y a un Autel avec un foyer.*

mutua in adminiſtrando Imperio atque regendo Orbe Romano. Alterius figurae caput corona radiata in hoc nummo cingitur.

VI. Pulcherrimus fraternae concordiae ſeſe offert typus, eſtque ipſe nummus (meus certe) caelatura valde praeſtans. Ipſa Dea Concordia fratrum, Titi & Domitiani, dextras jungit. Pietate tamen Titi majore quam Domitiani, qui non ceſſavit clare & aperte ad Imperium adſpirare, fruſtra fratre *nonnunquam ſecreto lacrymis & precibus orante, ut tandem mutuo erga ſe animo vellent eſſe.* Sueton. in Tito Cap. IX. Quae itaque in nummo occurrit Epigraphe: PIETAS AVGVSTA, Tito vere convenit, Domitiano minus.

VII. Capitolini Jovis Templi elegantiſſimus proſpectus in rariſſimo hoc numiſmate ſiſtitur, columnis & ſtatuis, in medio, ad gradus & circa faſtigium tecti mirifice exornati. Suſcepit Veſpaſianus Capitolii refectionem, atque opus illud una cum Patre curaſſe videtur Titus.

VIII. Magnificentissima Theatri ſtructura inter metam ſudantem & partem domus aureae in hoc Numiſmate occurrit. Theatrum illud Veſpaſianus exſtruxit, dedicavit Titus; formam ejusdem & proſpectum in nummis repraeſentavit Domitianus: cuſum enim fuit numiſma poſt mortem Titi, ut teſtatur inſcriptio, quae legitur in circuitu Statuae Divi Titi ſellae curulis Spoliis hoſtilibus cinctae inſidentis: DIVO AV*Guſto* T*ito* DIVI VESP*aſiani* F*ilio* VESPASIANO.

IX. Et hoc numiſma Conſecrationem & Statuam illi, ſed alio habitu poſitam, innuit; atque Domitiani inſuper, ſub quo cuſum fuit, nomen praefert. In priore nummi parte Statua eſt radiata Titi ſedentis, dextra ramum, laeva haſtam tenentis, ante pedes ara eſt cum foco; legitur in circuitu: DIVO AV*Guſto* T*ito* DIVI VE-

VESP*asiani* F*ilio* VESPASIANO. Ab altera parte aream nummi nota Senatusconsulti occupat, circa quam haec legitur inscriptio: IMP*erator* CAES*ar* DIVI VESP*asiani* F*ilius* DOMIT*ianus* AVG*ustus* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*otestate* P*ater* P*atriae*.

XII. XIII. Pervenimus ad Flaviae gentis dedecus Domitianum, qui tamen civiles & militares virtutes in nummis jactavit; quas illi, Tyrannum metuens, in iisdem Senatus adscripsit. Et primus quidem, qui in nummorum ejus serie occurrit, vivo Vespasiano patre cusus fuit; PRINCIPI IVVENTVTIS enim inscribitur, & in eo eques & dextram adtollens, tamquam princeps in decursione equestri nobilium juvenum depingitur.

XIV. XV. Numisma hoc, & quae sequuntur, sub Imperatore Domitiano, atque post excessum Vespasiani atque Titi cusa sunt; & illud quidem, quod primum occupat locum, signatum fuit Consule eodem undecimum; in eodem Marti Tropaeophoro atque Gradivo adsimilatur Domitianus, sicuti supra frater ejus Titus Num. III.

XVI. In hoc nummo veluti Pontifex Maximus sacra super aram coram aede sacra facit Domitianus. Inscriptio, praeter Senatusconsulti notam, nulla adest.

XVII. Fides militum typo hujus nummi depingitur. Sacramentum enim militare Imperatori praestant milites, dextram cum illo togato, armati quidem ipsi, super aram ignitam jungentes. In hoc, & tribus sequentibus nummis, praeter Senatusconsulti notam, nulla epigraphe occurrit.

XVIII. Similis typus est proxime praecedenti, sed in illo tres, in hoc quatuor occurrunt figurae militares.

XIX. XX. Utriusque nummi typus victam Germaniam: qua laude falso sese efferebat Domitianus, spectat. In priore ingeniculatus Germanus nudus longum scutum, id est, arma sua, Imperatori tradit, in posteriori Rhe-

foyer. La Légende porte: Au Divin Auguste Tite Vespasien, Fils du Divin Vespasien. *Sur le Revers, on voit la marque de l'ordonnance du Sénat dans le champ, & cette Légende tout autour:* L'Empereur César Domitien, Fils du Divin Vespasien, Auguste, Souverain Pontife, jouïssant de la Puissance Tribunicienne, Pere de la Patrie.

XII. XIII. Nous *voici parvenus à la honte de la Maison Flavia, c'est-à-dire à Domitien, qui s'attribuoit néanmoins toutes les vertus civiles & militaires sur les Médailles; & le Sénat le flattoit de ces beaux titres, par la crainte qu'il avoit du Tiran. Celle qui paroit ici la premiére en rang, fut frappée du vivant de son Pere; car l'Inscription porte:* Au Prince de la Jeunesse. *Domitien y est représenté à cheval, & levant la main droite, comme Chef d'une course faite à cheval par la jeune Noblesse.*

XIV. XV. Cette *Médaille & les suivantes ont été frappées sous Domitien, déja Empereur, c'est-à-dire après la mort de Vespasien & de Tite. Celle dont il s'agit présentement, a été frappée sous son onzième Consulat. Domitien y est comparé à Mars victorieux & triomphant, ainsi que nous avons déja vû la même chose pratiquée à l'égard de Tite son frere, au N°.* III.

XVI. Dans *cette Médaille Domitien, en qualité de Souverain Pontife, offre des sacrifices sur un autel devant un édifice sacré. Il n'y a point d'autre Inscription que la marque de l'arrêt du Sénat.*

XVII. Le *Tipe de cette Médaille représente l'hommage des Soldats. L'Empereur, revêtu de la toge, reçoit le serment des Soldats armés: ce qu'ils font en lui donnant la main sur un autel, où l'on voit du feu allumé. Il n'y a point d'Inscription sur cette Médaille, non plus que sur les trois suivantes, si l'on en excepte la marque de l'ordonnance du Sénat.*

XVIII. Ce *Tipe est tout semblable à celui de la Médaille précédente; à cette seule différence près, qu'il y a quatre figures militaires dans celle-ci, & qu'il n'y en a que trois dans l'autre.*

XIX. XX. Les *Tipes de ces deux Médailles nous représentent la Germanie vaincuë, prétenduë victoire dont Domitien se glorifioit à faux titre. Dans la premiére un Allemand nud & à genoux rend à l'Empereur un long bouclier, c'est-à-dire, ses armes. Dans la seconde, Domitien*

tien foule aux pieds le Rhin, qui eſt ici le ſimbole de l'Allemagne.

XXI. CELLE-CI *a pour titre*, La Germanie conquiſe. *On y voit un jeune Allemand d'une taille fort haute auprès d'un trophée chargé d'armes Germaniques. De l'autre côté du trophée la Province vaincuë, ſous la figure d'une femme aſſiſe, déplore ſon ſort parmi ſes armes renverſées & briſées.*

XXII. ON *voit ici une femme, ou plutôt la Province d'Allemagne, qui ſous ce ſimbole pleure ſa défaite, aſſiſe devant un trophée: tandis que la Victoire, foulant un caſque aux pieds, ſuſpend un bouclier, ſur lequel elle montre du doigt cette Inſcription:* Dépouilles des Germains.

XXIII. COMME *ſi Domitien avoit aſſuré le repos & la tranquillité de l'Empire Romain par cette Victoire imaginaire, on voit ici* la Paix Auguſte, *qui brule ſolemnellement des armes.*

XXIV. LA *derniere Médaille de cette Planche eſt ſans Inſcription, & ne porte que la marque de l'ordre du Sénat. Le Tipe exalte la bravoure guerriére de l'Empereur. Domitien à cheval tient un bouclier dans la main gauche, & de la droite il lance ſa haſte contre un Allemand renverſé par terre.*

Rhenum fluvium, Germaniae ſymbolum, calcat Imperator.

XXI. GERMANIA CAPTA ſcribitur in hoc nummo; depingitur vero ad tropaeum, armis Germanicis onuſtum, procerus ex illa gente juvenis, adſidente ab altera tropaei parte, inter arma proſtrata, Provincia lugente ſub mulieris habitu.

XXII. ADSIDET ante tropaeum mulier, ſive Provincia lugens, Victoria vero, pede galeam calcans, adpendet clypeum, in quo priore digito hanc monſtrat Inſcriptionem: DE GER*manis.*

XXIII. QUASI hac Victoria ſecuritas & quies Orbi Romano eſſet reddita PAX AVG*uſta* ſolemni ritu arma comburit.

XXIV. ULTIMUM hujus Tabulae numiſma ſine Inſcriptione eſt, & tantum Senatusconſulti notam habet. Virtus Imperatoris bellica typo ejuſdem exprimitur. Domitianus eques, laeva clypeum tenet, dextra haſtam vibrat in Germanum humi proſtratum.

PLANCHE VIII.

Contenant encore des Médailles de Domitien, & quelques-unes de Domitia, de Tite & de Nerva.

MEDAILLE I.

LE *ſoin que les Empereurs prenoient de faire venir des vivres, eſt ſouvent loüé dans les Médailles, comme dans celle-ci, qui a pour Inſcription:* Proviſion faite par l'ordre d'Auguſte. *Le Tipe eſt pris d'une Médaille de Neron, qu'on n'a point gravée ci-deſſus parmi celles de cet Empereur, à cauſe qu'elle eſt fort commune. Cerès y tient une torche dans la main gauche, & des épis de bled dans la droite; (car je crois qu'il faut ainſi corriger la peinture de notre Médaille ſur celle de Morel, & ſur quelques autres.) En effet, dans notre Médaille, Cerès tient une corne d'abondance dans la main droite; au lieu que toutes les Médailles de cette eſpèce mettent ce ſimbole dans la main gauche d'une figure de femme qu'on*


TABULA VIII.

Comprehendens adhuc Domitiani Numiſmata, ut & Domitiae, Titi atque Nervae.

NUM. I.

CREBRO in nummis Imperatorum cura Annonae laudari ſolet, ſicuti in hoc, qui inſcribitur: ANNONA AVGVSTI. Typus ex Neronis nummis deſumtus eſt, quos tamen ſupra in ejus Imperatoris nummis expreſſos non invenies, quoniam Neronis is nummus vulgaris eſt. Ceres laeva manu facem tenet, dextra ſpicas. (Sic enim ex Morelliano aliiſque emendari debere exiſtimo) nam in hac pictura cornucopiae dextra tenet, quod in omnibus ejuſmodi nummis tribuitur ſiniſtrae manui figurae muliebris ex adverſo adſtantis,


TAB.VIII.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
PERM
IMP
GERM
13.
14.
15.
16.
17.
18.
DIVI CAESARIS MATER
19.
20.
21.
22.
PROVIDENTIA SENATVS
S C
23.
ROMA RENASCENS
24.
ANNONA AVGVST
S C



ſtantis, juxta navis proram, modium atque aram.

II. Congiarium populo Romano datum in hoc nummo exprimitur, ſed quota vice ab Imperatore id factum fuerit, & quoto ejus Conſulatu, detrimentum quod aerugine paſſa fuit inſcriptio, facit ut nos lateat.

III. Ludorum Saecularium, quos celebravit Domitianus, teſtimonium praebet hoc Numiſma cum quatuor ſequentibus. Docet id inſcriptio in omnibus, factumque fuiſſe Conſulatu ejuſdem quartodecimo. Et in hoc quidem nummo Imperator ſtat coram ara ignita, adſtante citharoedo & tibicine; ad imum arae recumbit fluvius Tybris cum cornucopiae, & ex adverſo ſtat popa cum victima, quae in hoc nummo arietis habet figuram, in Morelliano autem eſt porca, ubi quoque figura jacens haud virilis eſt ſive Tybridis, ſed muliebris, atque abundantiam ſignificat.

IV. Procedit Imperator togatus, cum figura ſimiliter togata, praecedunt tres pueruli, cum ramis, laetum, ut videtur, paeana canentes.

V. Stat Imperator coram Templo ſex columnarum, dextram elevans; ante templum in genua procumbunt tres figurae, quae ſupplices vota Diis faciunt.

VI. Templum idem in hoc nummo cernitur, ſed ſellae curuli inſidet Imperator in ſubſtructione, cui inſcribitur FRVG*es* AC*ceptae.* Accedunt duae figurae togatae ad accipiendas liberalitate Auguſti fruges.

VII. Alia quoque diviſa populo in ſolemnitate iſta fuiſſe hic typus docet; in quo ſubſtructio, cui inſidet Domitianus, hanc habet Inſcriptionem: SVF*fimenta* P*opulo* D*ata.* Accipit ſuffimenta ab Imperatore figura virilis togata adſtans cum puerulo, ſive figura minori.

VIII. IX. Victoriae Germanicae gloriam haec duo Numiſmata renovant, utraque ſine Inſcriptione, atque nota tantum Senatusconſulti praedita.

qu'on voit debout vis-à-vis de Cerès, auprès d'une prouë de navire, d'un boiſſeau & d'un autel.

II. Celle-ci *repréſente un Congiaire donné au Peuple Romain; mais la quantième fois c'étoit que l'Empereur faiſoit ce préſent, & ſous quelle année de ſon Conſulat cela eſt arrivé, c'eſt ce que nous ne pouvons pas ſavoir, à cauſe du dommage que l'Inſcription a ſouffert par la rouille.*

III. Cette *Médaille fait mention, de même que les quatre ſuivantes, des Jeux Séculaires qui furent célébrés par Domitien. L'Inſcription de toutes ces Médailles nous apprend, que cela eſt arrivé ſous ſon quatorzième Conſulat. Dans celle que nous expliquons maintenant, l'Empereur eſt debout avec un joueur de harpe, & un autre qui joue de la flute, devant un autel où il y a du feu. Le fleuve du Tibre eſt couché au pied de cet autel, avec une corne d'abondance. De l'autre côté, on voit un Pretre avec une Victime, qui a la figure d'un belier dans notre Médaille; mais, dans celle de Morel, c'eſt une figure de porc. La figure couchée n'eſt pas non plus chez Morel une figure d'homme, ni celle du Tibre, mais une figure de femme qui repréſente l'abondance.*

IV. L'Empereur *vêtu de la toge, avec une autre figure vêtuë de même, marche, précédé de trois jeunes garçons qui portent des rameaux, & qui ſemblent chanter des hymnes à l'honneur d'Apollon.*

V. L'Empereur, *debout auprès d'un Temple à ſix colomnes, éleve la main droite en haut. Devant ce Temple ſont trois figures à genoux, qui font des voeux & des priéres aux Dieux.*

VI. On *voit encore le même Temple ſur cette Médaille; mais l'Empereur eſt aſſis ſur un ſiége curule, qui eſt poſé ſur une eſpèce d'eſtrade, où ſont écrits ces mots:* Blés reçus. *Deux hommes, revêtus de la toge, s'approchent pour recevoir du blé de la liberalité de l'Empereur.*

VII. Le *Tipe de cette Médaille nous apprend qu'on diſtribua encore d'autres choſes au Peuple pendant cette ſolemnité; car l'eſtrade ſur laquelle eſt aſſis Domitien, porte cette Inſcription:* Parfums donnés au Peuple. *Un homme, vêtu d'une toge, ou d'une longue robe à la Romaine, & qui eſt debout avec un petit garçon, reçoit des parfums des mains de l'Empereur.*

VIII. IX. Ces *deux Médailles renouvellent la gloire de la victoire Germanique; elles ſont ſans Inſcription l'une & l'autre, & portent ſeulement la marque de l'Arrêt du Sénat. Dans la premiére la*

la Déesse Victoire, debout derriere l'Empereur, couronne ce Prince, qui tient une haste de la main gauche, & un foudre dans la droite: comme si Domitien, à la maniére d'un Jupiter, ou de quelqu'autre grand Dieu, eût foudroyé ses Ennemis. Dans la seconde, l'Empereur est couronné par la Victoire, de même que dans l'autre; mais on y voit de plus Minerve debout vis-à-vis de lui, car c'étoit la Déesse qu'il faisoit profession d'honorer le plus.

X. XI. CETTE *Médaille représente un magnifique Arc de triomphe, dressé à l'honneur de Domitien, sur lequel on voit un char tiré par quatre élephans. Cette Médaille est encore remarquable en ce qu'elle est du nombre de celles qu'on apelle* incuses.

bet esse liberam. Ut forsitan haud errent, qui referunt ad Regis Parthorum filiam, a Trajano captam, ab Hadriano patri restitutam, de qua Spartianus in Hadriano Cap. XIII. *Invitato etiam Cosroë, Rege Parthorum, remissaque illi filia quam Trajanus ceperat.* Sed nihil ibi Spartianus de pueris liberisve; qui itidem in nummo adparent, addit. An forte ad obsides aliquos una cum matre remissos spectat restituta illa libertas?

XX. In rarissimo hoc (cujus pulcherrimum exemplar possidemus, & additis navium rostris, quae in plerisque nummis detrita sunt, integerrimum) numismate stans in gradibus Templi alicujus, qui gradus, uti dixi, in nostro rostris navium exornantur, concionem ad togatos urbis Romae cives habet Hadrianus, qui dextras adtollunt, Imperatori adclamantes. Consulatum ejus tertium inscriptio testatur.

XXI. XXII. Inauditae liberalitatis & magnificentiae Imperatoriae testes duo hi nummi sunt, in quibus inmensam fisco debitae pecuniae summam remittit spontanea liberalitate debitoribus Hadrianus. Summae magnitudinem testatur inscriptio: RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILLies ABOLITA. Stat vero Imperator paludatus, atque face accensa chartas & syngraphas inflammat. Luculentum itaque testimonium hi nummi Spartiano praebent, scribenti in Hadriano Cap. VII. *Ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens, infinitam pecuniam, quae fisco debebatur, privatis debitoribus in Urbe atque Italia, in Provinciis vero etiam ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in Foro Divi Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* In Nummis *reliqua vetera* vocantur, proximorum sedecim annorum debita, quo spatio liberalitas haec ab Hadriano circumscripta, teste Dione, & observante Isaaco Casau-


AFRICA
S·C
DACIA
HISPANIA
MAVRETANIA
NILVS
EXERCITVS
BRITANNICVS
EXERC DACICVS
GERMANICVS
RAETICVS
EXERC SYRIACVS
CONDITORI



saubono p. 65. Posterior ex duobus nummis, in quo plures occurrunt figurae, rarior longe priori esse solet.

XXIII. XXIV. Posterioris nummi locus vacat, sed in priori ADLOCVTIO Imperatoris ad milites exhibetur.

marqué Isaac Casaubon, p. 65. La derniére de ces deux Médailles, sur laquelle il se trouve un plus grand nombre de figures, est beaucoup plus rare que la premiére.

XXIII. XXIV. La *derniére de ces deux Médailles se trouve en blanc sur la Planche; mais la premiére représente une* Harangue *de l'Empereur aux Soldats.*

TABULA XII.

Continuantur Hadriani Numismata.

Num. I. II. III. IV.

Magnam Provinciarum Populi Romani, quas & ipse invisit & exornavit, curam gessit Hadrianus. Hinc in nullius ex serie Imperatorum Romanorum nummis plures Provinciarum occurrunt typi; & quidem juxta alphabeti ordinem primo loco conspiciuntur AEGYPTVS, AFRICA, ALEXANDRIA, BRITANNIA, suis inscriptae in ipso aere nominibus, atque symbolis expressae, ex quibus illud numisma quod Britanniae praefert nomen, reliquis raritate praestat; secura sedens collibus pedem dextrum inponit, caput dextra manu sustentans, laevam vero, qua hastam tenet, ingenti inponens clypeo. Rationem securitatis hujus Provinciae dat Spartianus in Hadriano Cap. XI. *Britanniam petiit, in qua multa correxit, murumque per octoginta millia passuum primus duxit, qui Barbaros Romanosque divideret.*

V. VI. VII. VIII. IX. Sequuntur inscripta nummis nomina, & typis suis atque symbolis expressa, CAPPADOCIA, DACIA, HISPANIA, MAVRITANIA, cujus Provinciae posterioris studium erga equos, ibi maxime veloces, duplici exprimitur schemate.

X. Alterum Africae symbolum, & diversum ab illo, quod Num. II. habuimus, occurrit. Ingens videlicet

PLANCHE XII.

Où l'on continuë la description des Médailles d'Adrien.

Medailles I. II. III. IV.

L'Empereur *Adrien prit un très-grand soin des Provinces de l'Empire Romain, qu'il visita en personne, & aux quelles il procura divers avantages. De-là vient qu'il n'y a point d'Empereur Romain, sur les Médailles duquel on trouve tant de Tipes de Provinces, que sur les siennes. En voici d'abord quatre qui se présentent tout de suite, sçavoir* l'Egipte, l'Afrique, l'Alexandrie, & la Bretagne, *dont les noms & les simboles sont gravés sur les quatre Médailles que nous expliquons présentement. Mais celle qui porte le nom de la Bretagne, l'emporte sur les autres par sa rareté. Pour marquer le repos dont jouissoit cette Province, elle est représentée assise, posant le pied droit sur un rocher, & soutenant sa tête de la main droite; elle tient une pique dans la gauche, & pose cette main sur un grand bouclier. Spartien nous apprend dans la vie d'Adrien, Chap.* XI., *ce qui mettoit cette Province en sûreté.* L'Empereur, *dit cet Auteur,* se rendit dans la Bretagne, où il fit plusieurs changemens. Il y fit aussi construire un mur de quatre-vingt lieuës de long, pour separer les Romains des Barbares.

V. VI. VII. VIII. IX. Ces *cinq Médailles contiennent encore les noms & les simboles de quatre autres Provinces, qui sont* la Cappadoce, la Dace, l'Espagne, & la Mauritanie. *Le soin que prenoit cette derniére Province de nourrir des chevaux, qui sont sur tout meilleurs coursiers que ceux des autres Païs, est ici exprimé par deux Tipes differens.*

X. Voici *un autre simbole de l'Afrique, & different de celui qu'on a vû sur la* II. *Médaille de cette Planche. L'Inscription de celle-ci nous ap-*

prend que son Tipe représente le Nil, *ce grand fleuve, si utile aux Provinces qu'il arrose. Auprès d'un vieillard couché à la maniére des fleuves, on voit plusieurs jeunes enfans qui jouënt, & qui dans les anciens monumens désignent ordinairement l'accroissement du Nil. L'un d'eux est assis sur un Hippopotame, animal qui se trouve dans le Nil, & qui a coûtume d'être le simbole de l'Egipte.*

XI. On *voit ici une tête qui présente sa face en plein: elle a les cheveux épars & le menton sans barbe. Vaillant*, au Tom. I. des Médailles choisies depuis Jules César jusqu'à Postume, p. 58., *croit que cette tête représente celle de Meduse. Audessous, paroit un monstre marin, qui a la figure d'une femme depuis la tête jusqu'à la ceinture, ainsi qu'on en voit aussi sur plusieurs anciennes Médailles de Sicile, qui portent une Inscription Grecque. Le titre de la nôtre est:* La Sicile. *Mais je ne sçaurois souscrire au sentiment de Vaillant, car les cheveux de cette tête ne sont pas entremêlés de Serpens; au contraire, la face est toute semblable à celle du Soleil, telle qu'elle est représentée sur les plus anciennes Médailles des Rhodiens. Or l'on ne doit pas être surpris de trouver le même Tipe sur les Médailles de Sicile, puisque Rhodes envoïa souvent des Colonies à Siracuse, capitale de cette Isle; ainsi que je l'ai fait voir en plus d'un endroit dans mes notes sur l'Ouvrage de Philippe Paruta, qui a pour titre:* Sicilia Numismatica.

XII. La Terre affermie *rend ici graces à l'Empereur Adrien, comme à l'Auteur de son repos. Plusieurs Antiquaires ont déja publié & expliqué le Tipe de cette Médaille.*

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. Quoiqu'il *n'y ait point eu de guerre sous Adrien, excepté celle de Judée, & qu'il ait témoigné beaucoup plus d'ardeur pour rendre l'Empire florissant, que pour en étendre les limites; il entretint pourtant de grosses Armées, & se montra toujours grand amateur de la Discipline militaire. C'est pourquoi Spartien, après avoir remarqué, vie d'Adrien, Chap.* XXI. qu'il n'y eut point d'expéditions considerables sous son Règne, & que les armes ne firent pas beaucoup de bruit; *ajoute* qu'il fut pourtant fort aimé des Soldats, tant à cause du grand soin qu'il avoit des Troupes, que parce qu'il étoit très-liberal envers les Gens de guerre. *On voit donc plusieurs Armées représentées sur nos Médailles, sçavoir* l'Armée de Bretagne, de Dace, de Germanie, de Rhétie, de Syrie: *Car c'est ainsi qu'elles sont marquées dans les In-*

licet ille & salutaris regioni suae fluvius NILVS, ut in ipsa nummi inscriptione vocatur; ludunt circa recubantem fluviorum more senem, pueruli aliquot, qui incrementum ejusdem in antiquis Monumentis indicare solent, ex quibus unus etiam juveniliter Hippopotamo insidet, quod animal in Nilo invenitur, & pariter Aegypti solet esse symbolum.

XI. Caput imberbe adversum sparsis capillis, quod Medusae esse existimat Jo Vaill. Tom. I. p. 58. Numism. Praestantiorum a Julio Caesare usque ad Postumum; & sub illo capite monstrum marinum, figura semimuliebri, prouti in multis Siciliae nummis antiquioribus Graece inscriptis observari solet. Inscriptio est SICILIA. Vaillantio de Medusae capite adsensum praebere nequeo, nullo enim horrore anguium rigent comae, sed est ea ipsa facies, quae tamquam Solis in Rhodiorum vetustissimis observatur nummis, quod in Siculis quoque mirari haud debemus, quum provinciae & insulae caput, Syracusas, colonis suis frequentaverit Rhodus; prouti non uno loco ad Siciliam Numismaticam Philippi Parutae ostendimus.

XII. TELLVS STABILITA gratias auctori quietis suae Hadriano agit. Typum plures Antiquarii vulgarunt & inlustrarunt.

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. Quamvis nullum bellum, excepto Judaico, sub Hadriano gestum fuerit, & ipse conservandi atque exornandi Imperii longe studiosior exstiterit, quam ampliandi; numerosos tamen habuit exercitus, atque rei militaris studiosissimus exstitit. Unde de eo Spartianus Cap. XXI. *Expeditiones sub eo graves nullae fuerunt. Bella etiam silentio pene transacta. A militibus propter curam exercitus nimiam multum amatus est, simul quod in eos liberalissimus fuit:* Comparent igitur in nummis EXERCITVS BRITANNICVS, (sic enim inscribuntur) DACICVS, GERMANICVS, RHAETICVS, SYRIACVS. Inter

Inter quos numerantur nummi, qui exercitus Britannici & Germanici inscripta habent nomina, quod in iis prima figura militaris ex tribus quatuorve non ſignum militare, ſicuti in reliquis nummis, ſed tropaeum, longae perticae inpoſitum teneat.

XVIII. XIX. Recte ſane hi nummi inſcribuntur: DISCIPLINA vel DISCIPVLINA AVG*uſti*, quoniam in iis ipſe Auguſtus Hadrianus cum Praefecto praetorio ante milites ſuos in expeditionem progreditur, & quidem capite nudo, unde tamdem morbum contraxit. Spartianus in Vita ejus Cap. XXIII. *Peragratis ſane omnibus partibus* (Imperii ſcilicet, cum hiſce exercitibus) *capite nudo & in ſummis plerumque imbribus atque frigoribus, in morbum incidit lectualem.*

XX. Encomium quod VIRTVTI AVGVSTI inſcribitur, adpicto Imperatoris typo, qui eques leonem jaculo proſternit, ex vero tractum eſt. Venatui enim (ſicuti antiqui Heroes) deditus Hadrianus, *frequentiſſime leonem manu ſua occidit.* Spartian. in Vita ejus Cap. XXVI. cujus exemplum memorabile habet Athenaeus Deipnoſoph. ſive in Convivio Sapientum Lib. XV. p. 677. ubi Poëta Pancrates lepide fingit Aegyptiam plantam Lotum adtraxiſſe roſeum colorem, poſtquam cruore fuerat adſperſa leonis ingentis, quem dejecerat in venatu Hadrianus. Adſentatoris lenocinium, quo meruit, ut juberet Caeſar ex Muſarum reditibus ipſi tribui annonam, ibidem tale fuiſſe refertur. Παγκράτης τὶς τῶν ἐπιχωρίων ποιητὴς, ὃν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν, Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἐπιδημήσαντι τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, μετὰ πολλῆς τερατείας ἐπέδειξε τὸν ῥοδίζοντα λωτὸν, φάσκων αὐτὸν δεῖν καλεῖν Ἀντινόειον, ἀναπεμφθέντα ἀπὸ τῆς γῆς, ὅτε τὸ αἷμα ἐδέξατο τοῦ Μαυρουσίου λέοντος, ὃν κατὰ τὴν πλησίον τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Λιβύην ἐν κυνηγίῳ καταβεβλήκει ὁ Ἀδριανὸς, μέγα χρῆμα ὄντα, καὶ πολλῷ χρόνῳ καταινεμηθέντα πᾶσαν τὴν Λιβύην ἧς καὶ πολλὰ ἀνίκητα ἐπεποιήκει οὗτος ὁ λέων ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας εὑρέσει καὶ νεότητι, τὴν ἐν Μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο. i. e. *Pancrates quiſpiam indigena*

Inſcriptions. Mais il eſt à remarquer qu'entre ces Médailles, celles qui portent les noms des Armées de Bretagne & d'Allemagne, ont ceci de particulier, que la premiére figure militaire (*car il y en a trois ou quatre ſur chaque Médaille*) *ne porte pas une Enſeigne, comme dans les autres Médailles, mais un Trophée au bout d'une longue perche.*

XVIII. XIX. C'est *avec juſtice que ces Médailles portent ce Titre:* La Diſcipline d'Auguſte; *car on y voit l'Empereur Adrien, qui marche, avec le Chef de la Garde Prétorienne, à la tête de ſes troupes, comme allant à quelque expédition. Il y marche même la tête nuë; ce qui fut cauſe qu'il tomba enfin malade, comme nous l'apprend Spartien, Vie d'Adrien, Chap.* XXIII. L'Empereur, *dit cet Ecrivain*, aïant parcouru toutes les Provinces de l'Empire, ſuivi de ſes troupes, & marchant toujours la tête nuë, malgré les pluïes fréquentes & les grands froids qu'il eut à eſſuïer, tomba enfin dans une dangereuſe maladie.

XX. Dans *le Tipe de cette Médaille, on voit l'Empereur Adrien à cheval, qui d'un coup de javelot jette un Lion par terre. L'éloge que l'on donne ici* à la Vaillance d'Auguſte *eſt fondé ſur le vrai; car cet Empereur étant adonné à la chaſſe, à l'exemple des anciens Héros*, tua ſouvent des Lions de ſa propre main, *ainſi que dit Spartien, dans la Vie d'Adrien, Chap.* XXVI. *Athenée en raporte un exemple mémorable dans ſes Deipnoſoph. ou ſon Banquet des Sages, Liv.* XV. *p.* 677. *où il raporte l'hiſtoire du Poëte Pancrate, qui feignit agréablement, qu'un Lotus, plante qui croît en Egipte, avoit pris une véritable couleur de roſe, parce qu'elle étoit venu dans une terre qui avoit été arroſée du ſang d'un Lion d'une grandeur extraordinaire, qu'Adrien avoit tué à la chaſſe. Le Poëte obtint par cette ingenieuſe flatterie, que l'Empereur lui fit une penſion annuelle ſur le Revenu des Muſes. Voici de quelle manière Athenée, dans l'endroit que nous venons de citer, raconte que cette hiſtoire arriva:* L'Empereur étant à Alexandrie, un Poëte nommé Pancrate, qui étoit originaire de ce païs-là, & que j'ai très-bien connu, fit voir à ce Prince, comme un prodige très-ſurprenant & qui tenoit du miracle, un Lotus qui étoit de couleur de roſe, & qu'il diſoit devoir être nommé la Fleur d'Antinous. Il conta à l'Empereur, que cette plante étoit née dans de la terre qui avoit été arroſée du ſang d'un Lion

Lion de Mauritanie, qu'Adrien lui même avoit tué en Libie, étant à la chaſſe dans les forêts de cette Province les plus voiſines d'Alexandrie. Il ajoûtoit, que cette bête feroce, qui étoit véritablement terrible & d'une prodigieuſe grandeur, avoit tellement ravagé la Libie, qu'une grande partie de cette Province en étoit demeuré déſerte. L'Empereur prit beaucoup de plaiſir au récit de ce conte, & aïant fort goûté la nouvelle & agréable fiction que cet homme avoit inventée pour lui faire ſa cour, il lui aſſigna ſur le Revenu des Muſes une penſion qui lui fourniſſoit largement de quoi vivre chaque année.

XXI. L'Inscription *de cette Médaille fait connoître qu'elle a été frappée ſous le troiſième Conſulat d'Adrien. Je crois que ſon Tipe exprime des voeux faits pour la ſanté & la proſperité de l'Empereur au commencement d'une nouvelle année. Du moins le Titre porte:* Voeux publics. *L'Empereur y eſt repreſenté debout, vétu de la toge, & ſacrifiant ſur un trépié. Vis-a-vis de lui, outre une figure qui embouche deux flutes,* (*& même ſur la Médaille du Cabinet Farneſe il y a deux joueürs de flute*) *on voit de plus un jeune garçon avec une petite boëtte d'encens, & un Sacrificateur qui leva un marteau pour férir une victime.*

XXII. Cette *Médaille eſt conſacrée* à Jupiter Tonnant. *Jupiter y eſt repréſenté nud, excepté qu'il a un manteau ſur l'épaule gauche. Il tient la foudre dans la main droite, & une haſte dans la gauche: on voit auſſi un aigle à ſes pieds. Il y avoit dans le Capitole un Temple de Jupiter Tonnant, qui fut bâti par Auguſte, ainſi que le raporte Suëtone dans ſa Vie, Chap.* XXIX. *Il ſemble par notre Médaille, qu'Adrien, qui ſe plaiſoit fort aux bâtimens, le fit rebâtir, ou du moins qu'il le répara.*

XXIII. Je *crois que cette Médaille a été frappée en Egipte. Jupiter, qu'on y voit aſſis entre Junon & Minerve, porte un certain ornement de tête à la maniére des Egiptiens. Il n'y a point d'Inſcription ſur la Médaille.*

XXIV. Lorsque *l'on délibera dans le Sénat de Rome ſur les honneurs qu'on rendroit à Céſar Octavien, & qu'on y agita quel ſurnom on pourroit lui donner, pour marquer la grandeur de ſa Puiſſance,* il y en eut qui opinerent, *au raport de Suetone, dans la Vie d'Auguſte, Chap.* VIII., qu'on devoit l'apeller Romulus, de même que le Fondateur de leur Ville. *C'eſt le nom que le Sénat donne à Adrien ſur notre Médaille, qui fut frap-*

gena Poëta, nobis etiam cognitus, Hadriano Imperatori, cùm eſſet Alexandriae, velut oſtentum ingens, ac miraculum, ſpectandum praebuit Lotum roſeum, & Antinoeum vocandum eſſe dixit, illumque Terra procreatum, perfuſa cruore Mauri leonis, quem in Libya Alexandriae finitima, dum venaretur, Hadrianus proſtraverat; belluam ingentem, quae diu Libyam ita vaſtaverat, ut ejus pars magna eſſet deſerta. Delectatus Imperator hominis inventione, quam novam excogitaverat, annonam ex Muſarum reditibus ei largitus eſt.


XXI. Sub tertio Hadriani Conſulatu, cuſum fuiſſe nummum capitis teſtatur inſcriptio. Vota pro felici novi anni decurſu typo ejus exprimi exiſtimo, adſcribitur certe, VOTA PVB*lica.* Stat Imperator togatus ſacrificans ſuper tripodem; ex adverſo ſtant, praeter tibicinem duas inflantem tibias (in Farneſiano nummo duo agnoſcuntur tibicines) puer camillus cum arcula, & victimarius hoſtiam percutiens.

XXII. IOVI TONANTI nummum conſecrat inſcriptio, & pro typo Jovem nudum exhibet, cum pallio ad laevum humerum, dextra fulmen, laeva haſtam tenentem, ſtante ad pedes aquila. Fuit aedes Jovis Tonantis in Capitolio ab Auguſto extructa; teſte Suetonio in Aug. Cap. XXIX. Reſtituiſſe collapſum illud vel laeſum videtur aedificator Hadrianus.

XXIII. In Aegypto cuſum numiſma videtur. Sedet Jupiter (cujus caput Aegyptio quodam ornamento decoratur) inter Junonem & Minervam, inſcriptio nulla additur.

XXIV. Dubitatum olim & deliberatum in Senatu Romano fuit, dum de Caeſaris Octaviani ageretur honoribus; de ampliore ejuſdem nomine *quibuſdam cenſentibus* (verba Suetonii ſunt in Aug. Cap. VIII.) *Romulum adpellari oportere, quaſi & ipſum conditorem Urbis.* Illud nomen in hoc nummo Senatus Hadriano tribuit, typumque Romuli ſpo-





ſpolia opima de Larte Tolumnio referentis depingit, in honorem Imperatoris fortiſſimi atque optimi, adſcripto titulo ROMVLO CONDITORI.

frappée à l'honneur de cet excellent Prince. Romulus y eſt dépeint chargé des riches dépouilles qu'il remporta ſur Lartes Tolumnius. Le titre porte: A Romulus Fondateur.

TABULA XIII.

Quae perſequitur etiamnum Hadriani nummos.

NUM. I.

IMPERATOR eques depingitur, dextram adtollens, ſubtus legitur EXPED*i*tio AVG*uſti.* Conſulatum tertium ſuperior ora teſtatur.

II. *uſque ad* XII. OMNES Imperii Romani Provincias peragravit luſtravitque Caeſar Hadrianus, & ubique liberalitatis atque magnificentiae ſuae reliquit veſtigia. Quare Adventus ejuſdem in illas Provincias teſtes omnes hi ſunt nummi, qui praecipuarum Provinciarum Imperii Romani adſcripta continent nomina, atque inſuper typos quae Adventum Caeſaris in eaſdem teſtantur. Celebratur igitur Adventus ejuſdem Bithyniae, Galliae, Hiſpaniae, Italiae, Iudaeae, Macedoniae, Mauritaniae, Thraciae; & in omnibus illis ſacra faciens, adcumbente victima, ſtans exhibetur Provincia, peculiari plerumque ornatu dignoſcenda.

XIII. *uſque ad* XXIV. QUAS inviſit & adiit Provincias tam liberaliter habuit, tamque magnifice exornavit Hadrianus, omnium Imperatorum magnificentiſſimus, ut Reſtitutor earumdem vocari meruerit. Nomina & typi Provinciarum adſunt, Achajae videlicet, Africae, Arabiae, Aſiae, Bithyniae, Galliae, Hiſpaniae, Italiae, Macedoniae, Phrygiae, imo Orbis Terrarum.

PLANCHE XIII.

Qui contient encore des Médailles d'Adrien.

MEDAILLE I.

O*N voit ici l'Empereur à cheval, qui leve la main droite. Au-deſſous on lit:* Expédition d'Auguſte. *Cette Médaille a été frappée ſous ſon troiſième Conſulat.*

II. & ſuivantes juſqu'à la XII. L'EMPEREUR *Adrien parcourut & viſita toutes les Provinces de l'Empire Romain, & il laiſſa par-tout des marques de ſa liberalité & de ſa magnificence. Toutes les Médailles dont il s'agit ici, ſont autant de monumens de l'arrivée de l'Empereur en ces différentes Provinces; car leurs Tipes déſignent cette arrivée, & leurs Inſcriptions contiennent les noms des principales Provinces de l'Empire, ſavoir de la Bithinie, des Gaules, de l'Eſpagne, de l'Italie, de la Judée, de la Macedoine, de la Mauritanie & de la Thrace. Sur chaque Médaille la Province déſignée par le Tipe, & qu'on reconnoit preſque toûjours aux ornemens qu'elle porte, eſt repréſentée debout, & immolant quelque Victime qu'on voit couchée ſur un Autel.*

XIII. & ſuivantes juſqu'à la XXIV. ADRIEN, *le plus magnifique de tous les Empereurs Romains, fit de très-grandes liberalités dans toutes les Provinces par où il paſſa ou qu'il viſita, & les embellit en diverſes maniéres; de ſorte qu'il mérita d'en être apellé le Reſtaurateur. On voit ici les Noms & les Tipes de ces Provinces, qui ſont l'Achaïe, l'Afrique, l'Arabie, l'Aſie, la Bithinie, les Gaules, l'Eſpagne, l'Italie, la Macedoine, la Phrigie, & enfin toute la Terre.*

PLANCHE XIV.

Qui comprend le reſte des Médailles d'Adrien, avec quelques autres de l'Imperatrice Sabine, ſa Femme.

Medaille I.

VAILLANT *place avec juſtice cette Medaille parmi les plus rares de cet Empereur; & d'ailleurs la beauté de ſon Tipe la rend recommandable. Voici le contenu de l'Inſcription, ſelon le même Vaillant, au Tom.* I. *des Médailles Choiſies des Emp. depuis Céſar, juſqu'à Poſtume, p.* 63. L'An DCCCLXXXIIII. de la Fondation de la Ville, il accorda au Peuple les Jeux du Cirque. *Car la lettre P, qui dans cette Inſcription ſignifie* au Peuple, *a été ômiſe par le Graveur, tant dans la Médaille de la Reine Chriſtine que dans celle du Cabinet Farneſe: ce qui eſt provenu, comme je crois, de ce que cette lettre étoit effacée, & qu'on ne la voïoit pas. Le Tipe repréſente une femme couchée par terre, qui tient une Rouë de la main droite, & qui embraſſe de la gauche trois Obeliſques. La date de l'Inſcription fait voir, que cette Médaille doit être raportée au III. Conſulat d'Adrien, & c'eſt ce que prouve encore une Médaille ſemblable du Cabinet Farneſe, dont on a auſſi gravé la tête ou la premiére partie. Il y a des Antiquaires qui ont expliqué tout ceci, comme ſi Adrien avoit fait conſtruire quelque nouveau Cirque; mais ils ſe ſont trompés, car la lettre P, comme l'a fort bien remarqué Vaillant, montre qu'il eſt ici queſtion des Jeux du Cirque donnés au Peuple par la liberalité de l'Empereur, le jour même qu'on célébroit la fondation de Rome; car ces Jeux étoient ſans doute magnifiques. Ils ſont exprimés dans le Tipe de notre Médaille par une rouë, & par les trois bornes ou obeliſques qu'on voïoit dans le Cirque. Ainſi l'Inſcription de la préſente Médaille eſt très-remarquable, & ſert à éclaircir une Médaille preſque ſemblable de Trajan,* (Planche X. N°. III.) *où l'on voit pareillement une figure de femme couchée par terre. Elle n'a point à la verité de rouë auprès d'elle, mais elle embraſſe d'une main trois bornes, en mémoire peut-être des Jeux du Cirque que l'Empereur avoit fait repréſenter en faveur du Peuple.*

II. Cette *Médaille de l'Empereur Adrien eſt très-obſcure, par une quantités de diverſes lettres toutes ſeules. Car l'Inſcription qu'on voit ici dans une Cou-*

TABULA XIV.

Hadriani adhuc atque inſuper Sabinae, uxoris ejus, Numiſmata exhibet.

Num. I.

NUMMUM hunc jure merito inter rariſſimos hujus Imperatoris computat Jo. Vaillantius, cum & inſuper typi praeſtantia plurimum commendetur. Inſcribitur juxta Vaillantium Tom. I. p. 63. Num. Praeſt. Imp. a Caeſare ad Poſtumum, ita: ANN*o* DCCCLXXIIII. NAT*alis* VRBIS P*opulo* CIR*cenſes* CON*ceſſit.* Nam litera illa P. quae P*opulo* ſignificat, neque in hoc Reginae, neque in Farneſiano nummo a ſculptore expreſſa fuit, quod detrita (ut puto) non adparuerit. Cernitur vero figura muliebris, humi recubans, dextra rotam tenens, laeva tres amplexa obeliſcos. Referendus igitur eſt, uti patet ex ſimili Muſei Farneſiani (in quo antica ſive capitis additur pars) ad tertii Conſulatus Hadriani tempora. Male quidam Antiquarii de Circo quodam, quaſi ab Hadriano condito explicant, quum litera P. ut recte vidit Vaillantius, nos doceat, Populo Romano exhibitos liberalitate Hadriani iſto natali Urbis die Circenſes ludos, qui ſine dubio fuere magnifici, & quos per tres metas, quae inter Circi fuerunt ornamenta, atque per rotam typus hujus nummi exprimit. Adeoque Hadriani hic nummus, addita tam notabili inſcriptione, illuſtrat alterum haud valde diſſimilem nummum Trajani Tab. X. Num. III. ubi ad Populum Romanum orationem habet in ſuggeſtu ſtans Imperator; & ubi ſimilis figura humi recumbens, quamvis ſine rota, tres metas manu altera amplectitur, in memoriam forſitan Circenſium, quos populo praebuerit Imperator, Ludorum.

II. Et hic nummus citatur apud Vaillantium p. 67. & ſimilis, una litera, R. ſcilicet, omiſſa. Ceterum aenigma continere videtur Lau-

ANN DCCCLXXIIII NAT VRBIS CIRC S·C

S.P.Q.R. ANF. F. OPTIMO. PRINCIPI.

COS. III P P

S C S P. Q. R.

COS. III. S C

LB

K

AA PIA NOC

ЄΦЄCIΩN

KOI NON ΒЄΙΘΥΝΙΑC

LB

K

L IC

SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG PP

CONCORDIA AVG. S·C


DIVA AVGVSTA SABINA

CONSECRATIO S C

CЄBACTH CABЄINA

KOI NON ΒЄΙΘΥΝΙΑC

APTЄMIC ЄΦЄCIA



Laureae coronae inclusa inscriptio, cujus tamen solutio dependet ex praecedente nummo, qui nodum facillime solvit. Inscriptionem igitur sic lego atque constituo: *S*enatus *P*opulus *Q*ue *R*omanus *A*nno *N*atali scilicet Urbis, quem celebravit proxime praecedens nummus, *F*ieri *F*ecit OPTIMO PRINCIPI. Itaque is qui praecedit nummus continet liberalitatem Hadriani in populum Romanum, hic vero nummus demonstrat gratum Senatus Populique Romani animum; qui Natali die Urbis suae splendorem Ludorum Circensium, quibus Hadrianus illum exhilaraverat, Corona Laurea insigni, ex auro procul dubio purissimo fabricata, fuerit remuneratus, illudque donum Capitolini Jovis, ut arbitror, Templo intulerit.

III. NAVIGATIONEM Augusti, iter videlicet ejus maritimum in Mauritaniam, Libyam vel AEgyptum designare videtur typus; cernitur enim navis praetoria, remis inpulsa, atque expanso velo, secundis iter conficiens ventis; unde adscribitur: FELICITATI AVG*ustae*. Quasi non posset non ventos habere secundos, quae Caesarem veheret triremis.

IV. EGREGIUM atque notabile depingitur Templum duodecim columnis superbum, ad cujus latera ingens utrimque erigitur insuper columna, cui Jovis & Martis, ut videtur, insistunt statuae; praegrandes quoque Victoriae ad extremitates utrimque sunt fastigii, in cujus summo, solito more, emicant quadrigae. Scribitur in infima nummi ora, *S*enatus *P*o*pulus*Q*ue* R*omanus*. Nummum hunc vulgatum reperi in *Museo Farnesiano*, ubi in antica parte scribitur: HADRIANVS AVG*ustus* CO*n*S*ul* III. P*ater* P*atriae*.

V. DESCRIPTIO typi ita concipitur apud *Vaillantium* Tom. I. p. 64. *Figura velata porrigens dextram figurae muliebri, Roma galeata intermedia*

Couronne de laurier, semble contenir une enigme, dont néanmoins la solution dépend de la Médaille précédente, qui leve toute la difficulté. Voici les lettres de cette Inscription, dons les premières sont chacune un mot: S.P.Q. R.A.N.F.F. Optimo Principi. *C'est ainsi qu'elle est citée par* Vaillant, *p.* 67. *où il parle encore d'une Médaille du même genre, où la lettre,* R, *ne se trouvoit point, & où il avoit lû seulement :* S.P.Q Optimo Principi. &c. *Voici de quelle maniere je crois qu'il faut lire :* Le Sénat & le Peuple Romain ont dédié cette Couronne au tres-bon Prince, pendant la fête qu'on célébre en memoire de la fondation de Rome; Solemnité dont il est fait mention *sur la Médaille qui précéde. Ainsi la Médaille du Nomb.* I. *concerne la liberalité de Adrien envers le Peuple Romain, & celle-ci contient un témoignage public de la reconnoissance du Sénat & du Peuple de Rome, qui, pour remercier l'Empereur de ce qu'il leur avoit donné les Jeux du Cirque, lui dédierent une Couronne de laurier, qui étoit faite sans doute de l'or le plus pur: & il y a de l'apparence qu'ils la firent mettre dans le Temple de Jupiter Capitolin.*

III. CE *Tipe semble désigner la Navigation de l'Empereur; c'est-à-dire son voyage par mer en Mauritanie, en Libye, ou en Egipte; car on y voit une galère Imperiale, qui avec un vent favorable vogue à pleine voile, & fait force de rames. C'est pourquoi l'Inscription contient ces mots :* A la Felicité Auguste., *comme pour marquer que la galere qui portoit César, ne pouvoit manquer d'avoir les vents propices.*

IV. CETTE *Médaille nous dépeint un Temple fort beau & très-superbe, orné de douze colomnes. De plus on voit de chaque côté une colomne fort haute, sur les quelles sont les statuës de Jupiter & de Mars, si je ne me trompe. Il y a aussi deux fort grandes Victoires aux deux extremités du toît, & sur le sommet on voit, à l'ordinaire, un char à quatre chevaux de front. Et au bas, dans l'exergue, il se trouve quatre lettres, qui signifient:* Le Sénat & le Peuple Romain. *J'ai trouvé cette Médaille publiée dans* le Cabinet Farnese, *où la premiére face est chargée de cette Légende :* Adrien Auguste, Consul pour la III. fois; Pere de la Patrie.

V. VAILLANT *décrit ainsi le Tipe de cette Médaille, Tom.* I. *p.* 64. Il y a une figure voilée qui donne la main à une figure de femme. Rome, armée d'un casque, est au milieu de ces

deux figures. *On trouve la même chose mot pour mot dans* Mezzabarba, *sur l'année* 873. *de Rome. Voici encore ce qu'on lit là-dessus dans le* Museum Theupolian. *Tom.* I. *p.* 463. Rome avec le casque en tête, & tenant une pique de la main gauche, est au milieu. Un homme vetu de la toge, qui est à la droite, donne la main à une femme, qui est debout de l'autre côté. *Mais il paroit par la peinture de notre Médaille, que ces descriptions ne sont pas exactes. J'ai donc crû que je devois tâcher de m'éclaircir là-dessus, & j'ai trouvé une Médaille semblable dans* le Cabinet Farnese, *qui est pourtant sortie d'une autre matrice; car dans cette Médaille ces deux lettres, S. C. sont tout au bas, & celles-ci, COS. III., sont sur le côté; tout au contraire de ce qui se voit sur celle de* la Reine. *A la verité dans la Médaille* du Cabinet Farnèse, *aussi bien que dans la nôtre, la figure, qui est derriére Rome, est une figure d'homme. Elle a même de la barbe dans la Médaille* Farnèse; *& dans celle de* la Reine, *si j'en puis croire mes yeux, c'est la figure d'Adrien même. Quant à la figure qui est vis-à-vis de Rome, elle est voilée sur notre Médaille, ce qui n'est pas de même sur la Médaille* Farnèse: *mais, dans toutes les deux, cette figure est sans barbe, vétuë de la toge, & tenant un rouleau de papier dans la main gauche. Or ces deux choses, la toge & le rouleau de papier, ne conviennent pas à une figure de femme; & je crois que les Antiquaires cités ne l'ont prise pour une femme, que parce qu'elle n'a pas de barbe au menton. Il me paroit donc qu'on a voulu marquer par ce Tipe la bonne intelligence du Senat & des troupes sous le sage gouvernement d'Adrien; car la figure qui a le casque en tête & une pique à la main, ne désigne pas Rome, selon moi, & elle n'a pas la poitrine découverte mais vétuë sur la Médaille* Farnèse. *Il me semble donc qu'Adrien exhorte ici les deux figures, qui représentent le Sénat & l'Armée, à une concorde mutuelle.*

VI. VII. VIII. IX. Voici *trois Médailles Grecques d'Adrien, car celle qui est la premiére en rang, & qui représente la tête d'Adrien avec une Inscription Grecque, me paroit être la premiére face des Médailles, sur lesquelles on trouve les trois Revers suivans. Le prémier de ces Revers dépeint Adrien sur un char de triomphe, ou sur un char Consulaire à quatre chevaux. L'Inscription marque la seconde Année de son Empire. Le second représente Harpocrate assis sur un bëlier; & sur le troisième, dont je possede un pareil, on voit le Dieu Serapis*

&

dia. Apud *Mediobarbum* ad A. U. C. 873. totidem verbis eadem invenitur descriptio. In *Museo Theupoliano*, Tom. I. p. 463. sic legitur: *Roma galeata, sinistra hastam, stans in medio, manum porrigit mulieri stanti, a dextris vir togatus.* Verum patet ex pictura ipsius nummi, minus adcuratam ejusmodi esse descriptionem. Quare ulterius quaerendum arbitratus sum, & inveni similem nummum editum in *Museo Farnesiano*, qui tamen ex alia prodiit matrice; nam ibi Senatusconsulti nota in ima parte nummi, literae autem CO*n*S*ul* III. ad latus sunt, contra quam in hoc nummo fit. Et quidem in nummo *Farnesiano*, sicuti in hoc *Reginae*, quae post Romam stat figura omnino est virilis, barbata quidem in nummo *Farnesiano*, imo in hoc, quantum video, ipsius Hadriani. Quae vero stat e regione Romae, velata in hoc, non vero in *Farnesiani* nummi pictura occurrit, sed in utraque inberbis, togata, & laeva manu chartarum involucrum tenens; quod utrumque, toga & chartula, non convenit figurae muliebri, quam ex facie inberbi finxisse sibi descriptores existimo. Credo itaque in hoc nummo celebrari Concordiam Senatus & Exercituum, moderante prudenter rerum summam Hadriano. Figura enim galeata & hastata, pectore in *Farnesiano* nummo haud nudo sed vestito, non Romam mihi, sed figuram militarem designat. Hadriani autem in pictura iste occurrit status, ut qui utramque figuram, Senatus scilicet & Militis, ad mutuam hortetur concordiam.

VI. VII. VIII. IX. Graeca haec sunt Hadriani numismata, tria numero; nam qui primo occurrit loco nummus, Hadriani caput cum Graeca inscriptione exhibet, tamquam anticam trium posticarum partium quae sequuntur. Ex tribus illis primus Imperatorem exhibet in Quadrigis triumphalibus sive consularibus, cum adscripto anno Imperii secundo; qui sequitur, arieti insidentem Harpocratem depingit, cum nota anni decimi; tertius (quem

&

& ipſe poſſideo) Serapin Deum atque Hadrianum exhibet, jungentes dextras in Templo diſtylo, quod Hadriano forſitan dedicatum fuit, certe adſcribitur: ΑΔΡΙΑΝΟϹ. id eſt, *Adrianus.* In AEgypto cuſi ſunt.

X. XI. Ex duobus hiſce nummis Graecis Epheſii priorem, Bithyni poſteriorem ſignarunt, in utroque magnificentiſſimum octo columnarum exſtat Templum; quod in priore Dianae Epheſiae deſignare aedem, effigies ejuſdem in medio Templo docet. Alterum Templum effigie caret; unde in honorem ipſius Hadriani erectum eſſe videtur a Communi Bithyniae, quam inſcriptionem praefert nummus, in quo legitur: ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑϹ. i. e. *Commune Bithyniae.*

XII. Male temporis injuria videtur habitus nummus, unde utrimque ad latera Templi diſtyli detritae fuere literae, quae indicarunt Gazae fuiſſe cuſum nummum; typus enim nummi, ſi cum Gazenſibus conferas, ſatis clarus erit; in ipſo enim nummo antiquitus Dianae & Apollinis, ſive Marnae Dei, depictae fuere imagines.

Integrior ſimilis nummi pictura cernitur, ex *Cimeliarchio Regis Chriſtianiſſimi*, apud *Noriſium* in Epoch. Syro-Maced. p. 49. ubi inſcribitur: ΓΑΖΑ ΜΑΡΝΑ. Gaza urbis erat nomen, Marna, idoli, quod ibi colebatur & cujus templum, maximum & religioſiſſimum, Marnaeum adpellabatur.

XIII. XIV. Recurrunt duo numiſmata AEgyptiaca, alterum, anno imperii Hadriani ſecundo, alterum vigeſimo cuſa, prouti quae ſpectantur ſupra, Num. VII. itidem ſecundo, Num. VIII. vigeſimo ſignata fuerunt. In primo ex duobus, Quadrigis elephantorum vehitur Imperator, in ſecundo Jovis Serapidis caput eſt ſupra Arietem, qui Aries in hoc numiſmate, ſicuti ſupra quoque Num. VIII. Jovis Ammonis, ſive Libyci, eſt ſymbolum.

XV. Et hunc nummum in AEgypto fuiſſe cuſum reor; adverſa Hadriani & Sabinae capita cum collo, & pectore

& Adrien, qui ſe donnent la main dans un Temple a deux colomnes, qui étoit peut-être dedié à Adrien. Du moins on y voit écrit: ADRIEN. Toutes ces Médailles ont été frappées en Egipte.

X. XI. La *premiére de ces deux Médailles a été fabriquée à Epheſe, & l'autre en Bithynie. On voit ſur l'une & l'autre un Temple magnifique, ſoutenu par huit colomnes. Celui qui paroit ſur la premiére, déſigne le Temple d'Epheſe, ainſi que le témoigne la ſtatue de Diane, qu'on voit au milieu de ce Temple. Il n'y a point de ſimulacre dans l'autre; ce qui me fait croire qu'il a été érigé à l'honneur d'Adrien par la Societé des Villes de Bithynie. On y lit du moins une Inſcription Grecque, qui ſignifie:* La Societé de Bithynie.

XII. La *préſente Médaille a été fort maltraitée par l'injure du tems. C'eſt pourquoi les lettres, qui marquoient qu'elle a été frappée à Gaze, ſont effacées. Elles étoient gravées aux deux côtés d'un Temple à deux colomnes, qu'on voit ſur notre Médaille: mais il paroîtra clairement qu'elle à été fabriquée à Gaze, ſi l'on compare ſon Tipe avec ceux des autres Médailles de cette Ville; car anciennement les figures de Diane & d'Apollon, ou de Marna, y étoient dépeintes.*

On *trouve dans les Epoques des Syro-Macedons du Cardinal* Noris *p.* 493. *ce Tipe beaucoup plus entier & mieux deſſiné ſur une Médaille du* Cabinet Roi Très-Crétien, *ſur laquelle on lit cette Inſcription:* Gaza, Marna. *Gaza étoit le nom de la Ville, & Marna celui de l'Idole qu'on y reveroit avec beaucoup de venération dans un Temple fort vaſte & très-célébre, qu'on apelloit le Temple de Marna.*

XIII. XIV. Voici *encore deux Médailles Egiptiennes, dont l'une a été frappée la ſeconde année de l'Empire d'Adrien, de même que celle qui ſe trouve ci-deſſus au N°.* VII; *& l'autre a été frappée l'an vingtième de ſon Empire, auſſibien que celle qu'on a déja vûë au N°.* VIII. *de cette Planche. Dans la premiére de ces Médailles l'Empereur eſt porté ſur un char tiré par quatre élephans. Dans la ſeconde on voit la tête de Jupiter Serapis, au deſſus d'un bélier, qui eſt le ſimbole de Jupiter Ammon, la fameuſe Idole de Libye.*

XV. Je *crois que cette Médaille a auſſi été frappée en Egipte. On y voit les têtes (compris le col & la poitrine) d'Adrien & de Sabine, qui ſe*

ſe regardent l'un l'autre: Les Egiptiens voulant témoigner par-la, qu'ils ne leur portoient pas moins d'honneur & de reſpect qu'à Serapis & à Iſis.

XVI. CETTE *Médaille Egiptienne à été frappée l'an quinzième de l'Empire d'Adrien. Elle nous repréſente l'arrivée de cet Empereur en Afrique Cette Province tient des épis dans la main gauche, & a la tête couverte d'une peau d'élephant avec ſa trompe, (comme il eſt aiſé de le remarquer ſur les Médailles les mieux conſervées.) Elle ſalue avec un profond reſpect l'Empereur, qui eſt ici depeint vétu de la toge.*

XVII. XVIII. LES *Médailles ſuivantes regardent l'Imperatrice Sabine, Epouſe d'Adrien. La premiére a été frappée de ſon vivant, la ſeconde après ſa mort & ſa conſécration, & les autres ont été fabriquées dans des Villes Grecques. Pour revenir à la premiére, ſon Tipe & ſon Inſcription ſont à la louange de* la Concorde, *qui ne fut pourtant pas fort grande entre Adrien & Sabine; quoiquils fuſſent unis par les liens du mariage: Car Sabine étoit toujours de mauvaiſe humeur avec ſon Mari, & le traitoit fort rudement, & Adrien n'avoit pas de meilleures maniéres avec ſa femme. Voici comme en parle* Spartien *dans le* Vie d'Adrien, *Chap.* XI. Il diſoit lui-méme que, s'il avoit été ſimple particulier, il auroit repudié ſa femme, comme étant d'une humeur bourrue & intraitable. *Elle étoit petite fille de Marciane, Soeur de Trajan; & avoit aporté pour ſa dot à Adrien l'adoption à l'Empire.* Sa femme Sabine, *dit Victor, Chap.* XIV., fu contrainte de ſe procurer une mort volontaire, parce qu'il la traitoit preſque en eſclave. Elle diſoit tout ouvertement, qu'elle avoit épouſé l'homme du monde qui avoit le plus mauvais génie; & que, pour le bien du genre humain, elle avoit toûjours ſoigneuſément évité d'avoir des enfans de lui. *Enfin* Spartien *lâche ces paroles, au Chap.* XXIV. L'Imperatrice Sabine mourut auſſi, & il courut un bruit qu'elle avoit été empoiſonnée par Adrien.

XIX. XX. CETTE *Médaille nous apprend néanmoins, que cette Princeſſe fut honorée de la Conſecration aprés ſa mort.*

XXI. XXII. SUR *la premiére face de cette Médaille, c'eſt-à-dire, N°.* XXI., *paroît la tête de Sabine, ajuſtée & coëffée, avec une Légende Grecque qui marque ſon nom & ſa dignité. Au N°.* XXII. *on trouve encore ce même Temple à huit colomnes que nous avons déja vû plus haut au N°.* XI. *On y lit auſſi la même In-*

ctore exhibet, quod videlicet haud minori eos in honore AEgyptii quam Serapin, atque Iſidem habuerunt.

XVI. IMPERATORIS in Africam adventus AEgyptio hoc nummo depingitur, qui cuſus fuit anno imperii quintodecimo. Proboſcide elephantiniſque exſuviis (uti ex integrioribus docemur nummis) tecta caput Africa, laeva ſpicas tenens, togatum Imperatorem venerabunda ſalutat.

XVII. XVIII. SABINAE ſequuntur Numiſmata, Hadriani conjugis, ex quibus primum vivente Auguſta, ſecundum inter Divos relata eadem cuſa, reliqua in Graecis urbibus ſignata fuerunt: Quod primo loco occurrit, typo & inſcriptione Concordiam praedicat; quae tamen pro mutuo conjùgii vinculo inter Hadrianum atque Sabinam ſane haud magna fuit. Nam Sabina viro moroſa & aſpera, uxori Hadrianus intolerabilis exſtitit. *Spartianus* in Vita ejus Cap. XI. *Uxorem etiam ut moroſam & aſperam dimiſſurus (ut ipſe dicebat) ſi privatus fuiſſet.* Erat enim Marcianae, quae Trajani fuerat ſoror, neptis; atque adoptionem ad Imperium, pro dote adtulerat. *Hujus uxor Sabina* (ut ſcribit *Victor* Cap. XIV.) *dum prope ſervilibus injuriis adficitur, ad mortem voluntariam compulſa eſt. Quae palam jactabat quam inmane ingenium pertuliſſet: & elaboraſſe, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur.* Denique, juxta *Spartianum* Cap. XXIV. *etiam Sabina uxor, non ſine fabula veneni dati ab Adriano, defuncta eſt.*

XIX. XX. EAMDEM tamen Sabinam poſt mortem conſecratam fuiſſe hoc numiſma docet.

XXI. XXII. IN priore nummi hujus area, ſive Num. XXI. exhibetur Sabinae caput comatum cum Graeca nominis atque dignitatis inſcriptione; in poſteriore cernitur idem Templum octo columnarum, quod ſupra Num. XI. occurrit; eadem quoque adeſt inſcriptio;


TAB. XV.
HPΩC ANTINOOC
APXAΔ
L. AELIVS CAESAR.
TR. POT. COS. II. S C CONCORD
TR. POT. COS. II S·C
Λ ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ
TR. P. COS. S C PIETAS
P.M. TR. POT. COS. II S C LIBERALITAS AVG.
AFRICA. S C
COS. II. S C ASIA.
CAPPADOCIA. S C
MAVRETANIA. S C COS II.
PARTHIA. S C COS II.
SCYTHIA. S C COS. II
SYRIA.
BRITANNIA.

ptio; tamquam Commune Bithyniae id ipſum Templum in honorem Auguſti & Auguſtae, id eſt, Hadriani atque uxoris ejus Sabinae, aedificaverit.

XXIII. XXIV. Et haec duo Graeca Sabinae ſunt numiſmata, atque in Graecis urbibus cuſa; primum Laodiceae, ſecundum Smyrnae. In utroque Dea tutelaris Urbium exhibetur, quae in Laodicenorum numiſmate agnoſcitur eſſe Cybele ex capite munito corona turrita, atque duobus leonibus, animalibus eidem conſecratis, inter quos media ſtat ipſa Dea, dextram alteri, alteri laevam imponens manum; qui typus haud inſolitus eſt in nummis Laodicenorum cum effigie Cybelis. Dianae Epheſiae ſimulacrum, cum hinnulis ſive cervis atque verubus, alterum exornat numiſma, adſcripto Deae & populi nomine.

Inſcription: ce qui nous marque que la Communauté de Bithinie avoit également dédié ce Temple, & à l'Empereur Adrien, & à l'Imperatrice Sabine ſa femme.

XXIII. XXIV. Voici *encore deux Médailles de Sabine qui furent frappées dans des Villes Grecques, la premiére à Laodicée, & la ſeconde à Smirne. On voit ſur l'une & ſur l'autre la ſtatuë de la Déeſſe tutelaire de la Ville où chacune a été fabriquée. Sur la Médaille des Laodicéens, on reconnoit Cibéle à la Couronne tourrelée qu'elle porte ſur la tête, & aux deux Lions qui ſont à ſes côtés; car ces animaux lui étoient conſacrés. Elle poſe la main droite ſur l'un, & la gauche ſur l'autre. Ce Tipe eſt aſſez ordinaire dans les Médailles de Laodicée qui portent l'effigie de Cibéle. Le Simulacre de la Diane des Epheſiens, avec des faons ou des cerfs & des broches, orne l'autre Médaille; & l'Inſcription marque le nom de la Déeſſe, & celui de la Ville.*

TABULA XV.

Depingit Numiſmata Antinoi, AElii Caeſaris, atque Antonini Pii.

Num. I. II. III. IV.

Quartus quidem ex his locus vacat, ſed reliqui Numeri Antinoi Graeca duo (ut omnes ejus juvenis ſunt nummi) exhibent numiſmata. Num. I. pulcherrimum buſtum, totumque nudum, Antinoi exhibet, cum inſcriptione ANTINOOC HPΩC. id eſt *HEROS ANTINOUS.* Ab altera parte ſive Num. II. equus eſt gradiens, cum adſcripto magiſtratus nomine, ex quo hae quinque literae, detritis reliquis, ſuperſunt: APXAΔ. integra forſitan inſcriptio fuit: TOIC APKACI BETOΥPIOC. id eſt, *ARCADIIS VETURIUS.* Depingitur enim ejuſmodi nummus primae magnitudinis inter Medalliones Ludovici Magni Tab. V. Num. 5. & 6. Sed Veturii nomen ibi ad caput Antinoi cum pectore ponitur, reliqua ſupra equi dorſum. Exhibuit ejuſ-

PLANCHE XV.

Où ſont contenuës des Médailles d'Antinoüs, d'AElius Céſar, & d'Antonin Pie.

Medailles I. II. III. IV.

Le *N°.* IV. *eſt vuide; mais les autres contiennent deux Médailles Grecques d'Antinoüs, comme ſont toutes celles de ce jeune homme. On voit, au N°.* I. *un très-beau buſte entiérement nud d'Antinoüs, avec cette Légende:* Le Héros Antinoüs. *Le Revers, où le N°.* II. *repréſente un cheval qui marche au pas. Le nom du Magiſtrat étoit marqué dans l'Inſcription; mais il n'en reſte que ces cinq lettres,* APXAΔ, *les autres ſont effacées. Peut-être qu'on liſoit cette Inſcription de cette ſorte, lorſqu'elle étoit entiére:* Veturius aux Arcadiens. *Car on a deſſiné une Médaille ſemblable parmi les Médaillons de Loüis le Grand, Planche* V. *N°.* 5. *&* 6. *mais le nom de* Veturius *y eſt écrit autour de la tête d'Antinoüs, & le reſte au-deſſus du dos du cheval. Ezechiel Spanheim a fait auſſi graver une Médaille de la même eſpèce dans ſes Céſars de Julien p.* 81. *& Jean Vaillant la cite & la décrit dans ſes*

ses Médailles Grecques des Emp. Rom. *p.* 39.

Quant *à la Médaille représentée au N°.* III. *elle est citée par Vaillant dans le même endroit, p.* 40., *& même sous le nom de la Reine Christine: La Légende porte:* Sous AElius Capito, l'Archonte premiére pour la seconde fois des Philadelphiens Néocores. *Car c'est ainsi qu'il faut lire sans contredit. On y voit l'image d'Antinoüs peinte sur la voute d'un Temple à quatre Colomnes.*

V. VI. Adrien *se sentant infirme & valetudinaire, adopta, comme on sait, L. AElius. Celui-ci étoit fort beau de visage, comme il paroit par la tête de notre Médaille; mais il étoit d'une santé très-foible. Aussi mourut-il avant Adrien; ainsi il ne joüit point de l'Empire qui lui étoit destiné, il n'eut que le nom de César, & le titre de la Puissance Tribunicienne. On connoit par l'Inscription, que la Déesse assise, qui tient un rameau d'olivier de la main droite, & qui s'appuïe de la gauche sur une corne d'abondance, est la Concorde. On a voulu sans doute marquer par-là l'étroite union qui regnoit entre Adrien & son Fils adoptif, L. AElius, sous le second Consulat duquel fut frappée cette Médaille.*

VII. Celle-ci *fut aussi frappée la même année, savoir l'an de Rome* 890., *comme on l'apprend par l'Inscription, qui marque le second Consulat d'AElius. Le Tipe représente deux Déesses, la Fortune & l'Espérance, chacune avec les simboles & les ornemens qui lui conviennent. Mais la mauvaise fortune détruisit bientôt l'esperance qu'on avoit concüe d'AElius. Ainsi Adrien fut trompé dans son attente, & cette adoption ne lui succeda pas heureusement. Il en eut quelques pressentimens; car, faisant un jour réflexion sur la foible santé d'AElius, il profera ces paroles, au raport de Spartien, Chap.* XXIV. Nous nous sommes appuïés sur une muraille qui menace ruine, & nous avons perdu les quatre mille Sesterces, que nous avons donnés au Peuple & aux Soldats pour l'Adoption de Commode. *Car il s'apelloit Ceionius Commodus avant son adoption.*

VIII. IX. Cette *Médaille Grecque de L. AElius nous représente seulement sa tête, avec une*

ejusdem picturam quoque Ezechiel Spanhemius ad Juliani Caesares p. 81. citatque & describit Jo. Vaillantius in nummis Imp. Rom. Graecis p. 39.

Graecum autem quod tertio Numero exprimitur numisma, citatur ibidem, & quidem ex Thes. Reginae Christinae p. 40. a Vaillantio, atque sic legitur: ΕΠΙ ΑΙΛίȣ ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΑΡχιερέως Α. ΤΟ Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. id est, *Sub AElio Capitone Archonte Primo Secundum Philadelphensium Neocororum.* Quae procul dubio vera nummi est lectio. Depingitur autem Antinoi statua in fornice, in templo quatuor columnarum.

V. VI. Ingruente tristiore valetudine, L. AElium adoptavit Hadrianus, quemadmodum notum est. Conspicua is forma fuit, uti ex prima nummi parte patet, sed infirma valetudine, &, ante Hadrianum mortuus, nihil de Imperio praeter Caesaris nomen & tribuniciae potestatis titulum gustavit. Dea, quae sedet cum oleae ramo, quem dextra tenet, atque cornucopiae, cui sinistra innititur, ex inscriptione agnoscitur esse Concordia. Concordem utique dicebat esse Patrem Hadrianum, &, quem in spem Imperii adoptaverat, L. AElium, cujus secundo consulatu agnoscitur signatus nummus.

VII. Eodem anno, videlicet U. C. 890. hic nummus signatus fuit, uti itidem ex adscripto L. AElii Consulatu secundo adparet. Typus duas exhibet Deas, Fortunam atque Spem, cum singularum adtributis. Sed mala fortuna conceptam de L. AElio spem fefellit, adeoque sua spes Hadrianum destituit, neque fortunata haec illi adoptio fuit. Quare, veluti praesaga mali mente, dixisse fertur Hadrianus apud Spartianum Cap. XXIV. ad inbecillitatem Caesaris AElii respiciens: *In caducum parietem nos inclinavimus, & perdidimus quater millies H. S. quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus.* Ante adoptionem enim Ceionius Commodus dicebatur.

VIII. IX. Graecum hoc numisma L. AElii est, sed in quo tantum caput AElii

AElii cum Graeca inſcriptione exprimitur; nam in parte altera typus injuria temporis totus detritus fuiſſe videtur.

précédent. Un peu au-deſſus de l'épaule on aperçoit le haut de ſa cotte d'armes. Parmi les Médailles Grecques des Empereurs, *publiées par* Vaillant, *il s'en trouve une ſemblable à celle-ci, à la pag.* 62; *elle n'eſt pourtant pas ſortie du même moule, car la tête de Verus y eſt repréſentée avec une Couronne de laurier: de plus ſon viſage eſt tourné à droite & non pas à gauche comme ſur la nôtre; & il a une cuiraſſe ſur la poitrine. La Légende du Revers eſt la même ſur toutes les deux; voici ce qu'elle contient:* Des Apolloniates ſur le fleuve Rhyndacus. *Apollon, Maitre ou Préſident de la monnoie, y eſt dépeint à peu près de la même façon que ſur les Médailles de Commode, ſavoir, debout, nud, appuïé du coude gauche ſur une colomne, tenant de la droite un rameau de laurier, ainſi que Vaillant l'a fort bien décrit, & non pas un globe, comme ſon Graveur a deſſiné fort mal-à-propos. En effet, il paroit manifeſtement par un Tipe ſemblable, qui ſe trouve ſur une Médaille de Septime Severe frappée par les Perinthiens, & dont Vaillant fait mention à la page* 86: *il paroit, dis-je, par ce Tipe, qu'Apollon tient un rameau de laurier dans notre Médaille; car, dans le Tipe dont il s'agit, Apollon eſt repréſenté debout, nud, tenant un laurier dans la main droite qui eſt baiſſée vers la terre, & s'appuïant du coude gauche ſur une colomne. On attribuë la préſente Médaille aux Apolloniates de Myſie; car leur Ville eſt ſituée ſur le Fleuve Rhyndacus.*

VIII. La *Légende de cette Médaille, du côté du Revers, a été rongée par l'injure du tems; on peut néanmoins la rétablir par le moïen d'une autre ſemblable, qui ſe trouve deſſinée parmi les Médailles de Verus dans la Planche* X. *N*°. 13. des Médaillons de Louis le Grand. *Voici donc quelle étoit l'Inſcription de notre Médaille:* Des Pergamiens ſous le Préfet Atillius Cratippus; *car elle s'eſt conſervée dans ſon entier ſur la Médaille qu'on vient de citer, au lieu que la moitié de ladite Légende étoit effacée ſur celle que Vaillant p.* 65. *dit avoir vûë dans* le Cabinet du Chevalier Gottifredi, *& qu'il n'en reſtoit plus que ces mots:* ΕΠΙ ϹΤΡ. . . . . ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Le Tipe repréſente un Faune ou un berger aſſis ſur un tronc d'arbre, avec une houlette qui eſt par terre à ſa droite. Ce Faune, ou ce berger, badine avec un enfant nud qui eſt ſur ſon pied droit; il eſt nud lui-même, excepté qu'il a ſur l'épaule une peau de daim, ou de chevreuil, qui lui deſcend juſqu'à la ceinture. Ce Tipe paroit faire alluſion à l'enfance de Bacchus.*

IX.

IX. Cette *Médaille a été frappée en Egipte. Jupiter y est depeint assis, à demi-nud, tenant de sa main droite une petite Victoire, & de sa gauche une haste. On voit un Aigle à ses pieds, & derriere lui on lit cette Inscription;* Lυκάβαντος Δ, *qui désigne la quatrième année de l'Empire de Verus.*

X. XI. Lucille, *Fille de Marc Aurele, avoit été mariée à Verus. Cette Princesse fut dans la suite envoïée en exil par son frere Commode, qui la fit enfin mourir. A l'exemple de Faustine sa mere, elle prend ici le titre de Fille d'Auguste, comme pour faire entendre que pour sa dot elle avoit aporté l'Empire à son mari. Voici le contenu de la Légende:* A l'Imperatice Lucille, Fille d'Antonin Auguste. *Sur le Revers on la compare à la femme du Grand Jupiter, c'est-à-dire,* à la Reine Junon. *On voit dans le Tipe cette Déesse assise, qui tient un lis dans la main droite, & un enfant emmaillotté dans le bras gauche.*

XII. L'Inscription *de cette Médaille est beaucoup plus simple du côté de la tête; car on y lit seulement ces deux mots:* Lucille Auguste. *Mais, ua lieu d'un seul enfant qu'elle avoit entre ses bras dans la Médaille précédente, elle est ici accompagnée de trois. Elle en tient un qui joue dans son giron, & les deux autres sont debout à ses côtés. Ainsi l'on a eu raison de graver ici le mot de* Fécondité *pour devise. Il y a de l'apparence que ces Enfans moururent tous fort jeunes & avant leur Pere Verus; car Capitolin ne fait aucune mention d'eux, lorsqu'il parle des marques de bienveillance que Marc Aurele donna aux plus proches Parens de Verus, & des liberalités qu'il leur fit; savoir, au Chap.* XV. *de la Vie de cet Empereur, où cet Historien nous apprend que Marc Aurele* assigna des pensions considerables aux tantes & aux soeurs de Verus, & qu'il leur fit rendre de grands honneurs.

XIII. XIV. Commode, *indigne Fils de Marc Aurele, va maintenant paroitre sur les rangs. Ce Prince fut d'un caractére bien différent de celui de son Pere, si tant est qu'il ait été le vrai fils de ce bon Prince; car on a eu de violens soupçons du contraire dès ces tems-là même, ainsi que* Capitolin *le marque en termes formels dans la Vie de Marc Aurele, Chap.*XIX. Plusieurs croïent, *dit cet Auteur,*(& la chose paroit assez vraisemblable,) que Commode Antonin, successeur & fils de Marc Aurele, n'étoit pas né de lui, mais qu'il étoit sorti d'un adultére; & voici les bruits qu ise sont répandus dans le Public sur ce sujet. On dit que

IX. Aegyptius est nummus, in quo sellae insidet Jupiter seminudus, dextra tenens Victoriolam, laeva hastam, ad pedes est aquila, ad tergum literae Lυκάβαντος Δ. quartum annum denotantes.

X. XI. Nupta Vero fuit Lucilla, M. Aurelii filia, quam frater Commodus postea in exsilium egit, & tamdem interfecit. Tamquam marito Imperium pro dote adtulisset, more Faustinae matris, Augusti filiam sese in hoc nummo nuncupat. Scribitur enim juxta faciem Lucillae: LVCILLAE AVG*ustae* ANTONINI AVG*usti* F*iliae.* Magni Jovis conjugi ab altera nummi parte comparatur, scilicet IVNONI REGINAE. Sedet Dea dextra lilium tenens, laeva infantem fasciis involutum.

XII. Simplicior a parte capitis nummi hujus est inscriptio; legitur enim tantum LVCILLA AVGVSTA, Sed pro uno infante, quem, sub Junonis Reginae specie, in nummo praecedente ulnis tenet Augusta, hic quidem tres exhibet, unum videlicet ad pectus in gremio ludentem, & duos alios ad latera stantes; quare merito adscribitur: FECVNDITAS. Videntur omnes in pueritia ante patrem Verum periisse; nullam enim eorumdem mentionem facit *Capitolinus*, ubi recenset liberalitatem & benevolentiam Aurelii in propinquos Lucii Veri, videlicet in Vita Aurelii Cap. XV. *Amitasque ejus & sorores honoribus & salariis decretis levaverit atque provexerit.*

XIII. XIV. Ad degenerem Marci Aurelii filium Commodum pervenimus: si tamen optimi parentis verum germen nequissimus fuerit filius. De quo ita scriptum reliquit in Vita Marci *Capitolinus* Cap. XIX. *Ajunt quidam (quod verisimile videtur) Commodum Antoninum, successorem illius ac filium, non esse de eo natum, sed de adultero: ac talem fabellam vulgari sermone contexunt: Faustinam quondam Pii filiam, Marci uxorem, quum gladiatores transire vi-*

vidiſſet, unius ex his amore ſuccenſam, quum longa aegritudine laboraret, viro de amore confeſſam. Quod quum ad Chaldaeos Marcus retuliſſet, illorum fuiſſe conſilium, ut occiſo gladiatore, ſanguine illius ſeſe Fauſtina ſublavaret, atque ita cum viro concumberet. Quod quum eſſet factum, ſolutum quidem amorem, natum vero Commodum gladiatorem eſſe non Principem: qui mille prope pugnas publice populo inſpectanti gladiatorias Imperator exhibuit. Suum deinde interponens judicium addit: *Quod quidem veriſimile ex eo habetur, quod tam ſancti Principis filius his moribus fuit, quibus nullus laniſta, nullus ſcenicus, nullus harenarius, nullus poſtremo ex omnium dedecorum ac ſcelerum conluvione concretus.* Addit deinde: *Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: ſiquidem Fauſtinam ſatis conſtat apud Cajetam conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe.* Perditis itaque moribus Fauſtina fuit, Marci Aurelii conjux; in Commodi tamen facie ſatis multa occurrunt lineamenta, quae patrem illi fuiſſe M. Aurelium probant, ſive *quod vectorem non tolleret, niſi plena navi*, quod dictum Juliae, Auguſti filiae, conjugis Agrippae, celebrant antiqui; ſive quod adſiduus mariti Marci conſpectus, haud diſſimilem illi conceptum uxoris utero foetum reddiderit. Itaque in juvenili hac Commodi facie mixta matris patriſque occurrit ſpecies; Inſcriptio certe indulgentiam patris Marci demonſtrat. Illa circa laureatum juvenis Commodi caput haec eſt: IMP*erator* CAES*ar* L*ucius* AVREL*ius* COMMODVS GERM*anicus* SARMA*ticus.* De hac in filium facilitate patris *Capitolinus* in Marco Cap. XXII: *Filio Commodo arceſſito ad limitem, togam virilem dedit: quare congiarium populo diviſit, & eum ante tempus Conſulem*

que Fauſtine, Fille de Pie & Femme de Marc Aurele, ayant un jour vû paſſer les Gladiateurs, s'amouracha d'un d'entre eux; que, la violence de ſa paſſion l'ayant fait tomber dans une longue maladie, elle fut obligée d'en déclarer la cauſe à ſon Mari; que, l'Empereur ayant conſulté là-deſſus les Aſtrologues, ils lui conſeillerent de faire mourir le Gladiateur, de faire baigner Fauſtine dans le ſang de cet homme, & de coucher enſuite avec elle; que, ce Prince ayant ſuivi ce conſeil de point en point, Fauſtine fut à la vérité guérie de ſa paſſion; mais que Commode, dont elle accoucha quelque tems après, étoit un Gladiateur & non un Prince; qu'il n'y avoit que trop paru dans la ſuite, puiſqu'étant Empereur, il ſe plût ſi fort aux combats des Gladiateurs, qu'il en donna près de mille fois le ſpectacle au Peuple Romain. *Cet Hiſtorien, declarant enſuite ce qu'il en penſe, continue de la ſorte:* Cette opinion eſt aſſez probable, ſi l'on conſidere que le prétendu Fils d'un ſi vertueux Prince fut ſi dérégle dans ſes moeurs, que jamais Gladiateur, ni Baladin, ni quelque autre homme que ce ſoit, eût-il été formé du ſang le plus impur, n'a porté le vice à un pareil excès. *Enfin il ajoute pour concluſion*, qu'il y avoit beaucoup de gens, qui ne doutoient point du tout que Commode ne fût né d'un adultére; parce qu'il étoit certain que Fauſtine, étant à Gayette, avoit choiſi parmi les matelots & les Gladiateurs ceux qu'elle avoit trouvés le plus à ſon gré, pour en faire ſes galans. *On voit par-là que la femme de Marc Aurele menoit une vie fort débordée. Il ſe trouve cependant ſur le viſage de Commode beaucoup de traits qui ſemblent prouver que Marc Aurele étoit ſon pere; ſoit que Fauſtine* n'admît point de paſſager, à moins que le navire ne fut chargé, *à l'exemple de Julie, fille d'Auguſte, à laquelle on attribuë cette eſpèce de bon-mot, ſoit qu'ayant eu preſque continuellement ſon mari devant les yeux pendant ſa groſſeſſe, cette vûë fréquente ait produit cet effet ſur l'enfant qu'elle portoit dans ſon ſein. Quoi qu'il en ſoit, on remarque ici beaucoup de traits, tant du pere que de la mere, ſur le viſage de Commode. La Légende, qui eſt gravée autour de la tête de ce jeune Prince, marque bien l'extrême complaiſance que Marc Aurele avoit pour ce fils réel ou prétendu. Voici ce qu'on y lit:* L'Empereur Céſar Lucius Aurele Commode, Germanique, Sarmatique. Capitolin *inſinuë auſſi cette exceſſive tendreſſe de Marc Aurele pour ſon Fils, dans la Vie de cet Empereur, Chap.* XXII. *où on lit ces paroles:* Ayant fait venir ſon fils Commode à la Barriére, il lui don-

donna la Robe virile, & fit diſtribuer à ce ſujet un Congiaire au Peuple. Après quoi il déſigna le jeune Prince Conſul, quoiqu'il n'eût pas encore l'âge préſcrit par les Loix. *AElius Lampridius nous en apprend encore plus dans la Vie de Commode, Chap.* II. Enſuite Commode, *dit-il*, ayant obtenu une diſpenſe d'âge fut fait Conſul, & on lui donna le titre d'Empereur, de même qu'à ſon Pere, le 27 de Novembre, ſous le Conſulat de Pollion & d'Aper. Il reçut auſſi les honneurs du triomphe avec ſon Pere, par décret du Senat. *Les dernieres paroles ſervent merveilleuſement à éclaircir le Tipe de cette Médaille, dans lequel Commode eſt dépeint avec ſon Pere ſur le même char de triomphe. L'Inſcription marque, que ce jeune Prince jouïſſoit alors de la Puiſſance Tribunicienne pour la ſeconde fois.*

XVI. Cette *Médaille a été frappée la même année que la précédente, & porte la même Inſcription ſur le Revers; car on lit ſur toutes les deux ce qui ſuit:* L'An II. de ſa Puiſſance Tribunicienne, Conſul. *Le Tipe de celle-ci repréſente un trophée dreſſé entre deux captifs, ſavoir un homme & une femme, qui ſont aſſis au bas. C'eſt pourquoi on y lit de plus ces mots:* Sur les Sarmates. *Car le Tipe de la précédente eſt un monument de la Victoire Germanique, & celui de la preſente en eſt un de la Sarmatique. Delà vient qu'elle porte aſſez ordinairement cette Légende, du côté de la tête:* L'Empereur (*ſur quelques-unes, on a ajoûté* Céſar) Lucius Aurele Commode, Auguſte, Germanique, Sarmatique.

XVII. Ce *Tipe eſt tout ſemblable à celui de la Médaille qui précéde. L'Inſcription eſt auſſi la même des deux côtés, ſi-non qu'ici on ajoûte à la fin ce titre:* Pere de la Patrie; *& qu'au lieu de ces mots* Sur les Sarmates, *on y lit*, Sur les Germains.

XVIII. Cette *Médaille ſe raporte encore à la Victoire Germanique. Son Inſcription reſſemble auſſi à celle de la précédente, hormis que ces mots*, Sur les Germains, *y ſont écrits tout au long. On voit dans le Tipe un tas d'armes enlevées aux Ennemis.*

XIX. Pendant *l'année de la ſeconde Puiſſance Tribunicienne de Commode, ſon Pere le maria avec Criſpine & donna un Congiaire au Peuple à cette occaſion: cette Médaille fut frappée pour ſolemniſer ces rejoüiſſances publiques. La Légende, tant de la tête que du Revers, eſt ſemblable à celle des précédentes; elle ajoute ſeulement:* Liberalité d'Auguſte. *Marc Aurele & Commode ſon*

ſulem deſignavit. AElius Lampridius in Vita Commodi Cap. II. *Poſt haec venia legis annariae impetrata, Conſul eſt factus: & cum patre eſt Imperator adpellatus V. Kal. Decemb. die, Pollione & Apro Conſulibus, & triumphavit cum patre: nam & hoc Patres decreverunt.* Quae poſtrema egregie hujus nummi typum illuſtrant, in quo ſcilicet eodem, cum patre M. Aurelio, curru triumphali vehitur filius Commodus, & adſcribitur communicata filio Tribunicia poteſtas altera vice.

XVI. Signatus hic eſt nummus eodem anno, quo ille qui praeceſſit, atque ab averſa parte eamdem plane habet inſcriptionem. Scribitur enim in utroque: TR*ibunicia* P*oteſtate* II. CO*n*S*ul.* & in hoc quidem cernitur tropaeum inter duos captivos, virum & feminam, ſedentes in imo, erectum, quare amplius in ſecundo hoc ſubtus legitur DE SARM*atis*. Is enim, qui praeceſſit nummus, victoriae Germanicae, hic Sarmaticae eſt teſtis. Quare a parte capitis hanc fere ſolet habere epigraphen, IMP*erator* (in nonnullis additur CAES*ar*) *Lucius* AVREL*ius* COMMODVS AVG*uſtus* GERM*anicus* SARM*aticus*.

XVII. Typus praecedenti eſt ſimillimus; inſcriptio ab utraque parte eadem, niſi quod DE GERM*anis* legatur pro DE SARM*atis*. atque titulus addatur hic: P*ater* P*atriae*.

XVIII. Germanicae victoriae & hic nummus teſtimonium praebet, praecedenti inſcriptione ſimillimus, niſi quod integre ſcribatur DE GERMANIS. Depingitur congeries armorum hoſtilium.

XIX. Anno, quo Tribuniciam poteſtatem iterum gerebat Commodus, Criſpinam uxorem illi dedit Marcus Aurelius. Quare Congiarium populo diviſum fuit; cujus laetitiae teſtis eſt hic nummus, qui, caetera inſcriptione ab utraque parte praecedentibus ſimilis, praeterea addit: LIBE-

BERALITAS AVG*usti*. Depinguntur M. Aurelius pater & filius Commodus sedentes in substructione, adstantibus Dea Liberalitate cum tessera & cornucopiae atque Praefecto praetorio, adscendente per gradus cive Romano, qui sinum, pro recipienda tessera, pandit. Nummi typum inlustrant haec *Capitolini* verba in Vita M. Aurelii Cap. XXVII. *Filio suo Bruti Praesentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum; quare etiam Congiarium populo dedit.*

XX. Eodem tempore, atque in publica omnium laetitia, bene sperare de juvene Imperatore jubebatur populus Romanus. Ejus rei gratia Diis vota facta fuisse, & typus nummi & inscriptio testantur. Stat ibi Commodus juvenis, toga amictus, sacra faciens super tripodem, adstantibus inflante duas tibias tibicine, atque victimario percutiente victimam. Inscriptio haec est: VOTA PVB*lica* TR*ibunicia* P*otestate* II. CO*n*S*ul.*

XXI. Vidimus hactenus nummos Commodi superstite patre Aurelio cusos, sequuntur nunc qui solo Commodo rerum potiente maximam partem signati sunt. Inter quos primo loco occurrit nummus, qui a parte capitis, quod laurea corona decoratur, faciem Imperatoris barbatam exhibet cum hac inscriptione: M*arcus* COMMODVS ANTONINVS AVG*ustus*. Discimus hoc ex *Vaillantio*, qui utramque nummi partem in libro, quo Praestantiora Imperatorum Numismata persequitur, Commodi nummis praefixit. Ab altera parte legitur MAVRETANIA. ejusque provinciae typus depingitur, vir tunica levi indutus, pileo caput tectus, laeva tenens virgam, dextra equum gradientem fraeno ducens. Mauretania enim velocitate commendabiles producit equos.

XXII. PROFECTIO AVG*usti* in hoc nummo scribitur atque depingitur. Commodus videlicet in equo, armatus atque hastam tenens, praeeunte milite armato, atque tribus subse-

son fils y sont dépeints assis sur une estrade, accompagnés de la Déesse Liberalité, qui tient un mereau & une corne d'abondance, & du Chef de la Garde Prétorienne, l'une & l'autre debout auprès d'eux. Un Citoyen Romain monte les dégrés, en tendant le pan de sa robe pour recevoir un mereau. Les paroles suivantes de Capitolin, *dans la Vie de Marc Aurele, Chap.* XXVII. *servent à expliquer le Tipe de notre Médaille:* Il fit épouser à son fils la fille de Brutus Praesens. Les nôces furent célébrées sans pompe & à la maniére des particuliers, excepté qu'il fit distribuer un Congiaire au Peuple.

XX. Pendant *les réjoüissances publiques, qui se firent en cette rencontre, pour donner aux Romains de bonnes espérances du gouvernement futur du jeune Empereur, on fit des Voeux publics aux Dieux pour cet effet. C'est ce que témoignent l'Inscription & le Tipe de cette Médaille. Commode y est représenté debout, vétu de la toge, & sacrifiant sur un trépied. Il est accompagné d'un Joüeur de flûte qui embouche deux de ces instrumens, & d'un Sacrificateur qui égorge une victime: L'Inscription est:* Voeux publics. L'An II. de sa Puissance Tribunicienne, Consul.

XXI. Les *Médailles de Commode que nous avons vûës jusqu'à présent, ont été frappées durant la Vie de son pere; mais les suivantes, du moins pour la plûpart, ont été fabriquées lorsque ce Prince régnoit seul. Dans celle qui paroit ici la premiére, la tête de Commode est couronnée de laurier, & avec de la barbe au menton. Le contour est chargé de cette Légende:* Marc Commode Antonin, Auguste; *ainsi que nous l'aprend* Mr. Vaillant, *qui a fait dessiner les deux côtés de cette Médaille, à la tête de celles de Commode, dans le livre où il donne la suite des plus belles Médailles des Empereurs. Sur le Revers on lit cette Inscription:* La Mauretanie. *Cette Province y est désignée sous la figure d'un homme vétu d'une tunique legére, & avec un bonnet sur la tête. Il tient une baguette de la main gauche, & de la droite il conduit un cheval par la bride. Ce dernier simbole indique, que la Mauretanie produit des chevaux qui sont fort estimés pour leur vîtesse à la course.*

XXII. Le départ d'Auguste *fait ici la matiére du Tipe & de l'Inscription. Commode y est dépeint à cheval, armé d'une pique. Un Soldat, qui est aussi armé, précéde ce Prince, & trois autres le suivent. En joignant ensemble la Légende,* tant

tant de la tête, que du Revers, il eſt aiſé d'en conclure à quel départ, ou voïage, on doit raporter ce Tipe. Voici donc ce que contient l'Inſcription entiere: Lucius Aurele Commode, Auguſte, La IIII. fois de ſa Puiſſance Tribunicienne, *d'où il s'enſuite que cette Médaille a été frappée preſqu'un an avant la mort de ſon Pere, & qu'elle doit être raportée au tems dont parle Capitolin, au Chap.* XXVII. *de la Vie de Marc Aurele:* Enſuite, *dit-il*, l'Empereur ayant entrepris la guerre contre divers Peuples, il mourut pendant cette expédition, les mœurs de ſon fils commençant déja à ſe corrompre, & à dégénerer de la bonne éducation qu'il avoit reçuë de lui. Il fit donc la guerre durant trois ans aux Marcomans, aux Hermandures, aux Sarmates & aux Quades; &, s'il avoit encore vécu un an, il auroit fait de leurs Païs des Provinces Romaines. *Mais, dès qu'il fut mort, ſon fils reprit le chemin de Rome, & ne ſongea plus à continuer cette guerre.*

XXIII. Cette *Médaille, qui a été frappée ſous la* V. *Puiſſance Tribunicienne de Commode, & lorſqu'il portoit le titre d'Empereur pour la* IIII. *fois, exalte ſa Valeur. Le Tipe repréſente ce Prince à cheval, qui lance ſon javelot contre un Ennemi. La Victoire que Paternus, Lieutenant de Marc Aurele, remporta en Allemagne ſur les Ennemis, avoit acquis à Commode ce titre d'Empereur pour la* IIII. *fois.*

XXIV. On *trouve auſſi cette Médaille dans le* Cabinet de Theupoli, *p.* 540., *où on lui attribuë cette Légende:* Lucius Aurele Commode, Auguſte, La V. fois de ſa Puiſſance Tribunicienne. *La tête de Commode eſt couverte de laurier. Sur le Revers on lit cette Inſcription:* Arrivée d'Auguſte, Empereur pour la IIII. fois, Conſul pour la III. Pere de la Patrie. *L'Empereur à cheval étend & leve la main droite. Herodien, au Liv.* I. *Chap.* VII, *décrit aſſez au long cette arrivée de Commode, & comment il ſe hâta de s'en retourner à Rome, ſans ſe ſoucier davantage de la guerre. Voici entre autres choſes ce qu'il dit là-deſſus, ſelon la verſion d'Ange Politien:* Lorſqu'on eût appris par la renommée & par des couriers que le Prince revenoit à Rome, le Peuple en témoigna une joïe extraordinaire; parce qu'on avoit conçu de fort bonnes eſpérances du gouvernement du jeune Empereur, & que tout le monde croïoit qu'il marcheroit ſur les traces de ſon Pere.

PLAN-


ſequentibus. De qua profectione intelligendus eſt typus, ut patet ex conjuncta partis anticae & poſticae inſcriptione, hac videlicet: *Lucius* AVRE*Lius* COMMODVS AVG*uſtus* TR*ibunicia* P*oteſtate* IIII. ſic ut anno fere ante obitum patris Marci cuſus fuerit nummus. Spectat itaque ad tempora, quae in Marci Vita Cap. XXVII. deſcribit Capitolinus: *Deinde ad conficiendum bellum converſus, in adminiſtratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab inſtituto ſuo: Triennio bellum poſtea cum Marcomannis, Hermanduris, Sarmatis, Quadis etiam egit; & ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet.* Sed patre mortuo, bello omiſſo, Commodus ſtatim Romam rediit.


XXIII. Signatus nummus Commodi Tribunicia poteſtate quinta, quum Imperatoris quartum gereret titulum, fortitudinem ejus celebrat; ipſe enim eques, jaculo hoſtem inpetit. Victis videlicet in Germania a Paterno, M. Aurelii duce, hoſtibus, quartum Imperator Commodus dictus fuit.

XXIV. Invenitur hic nummus quoque in *Muſeo Theupoli*, ubi p. 540. haec capitis epigraphe recenſetur: *Lucius* AVREL*ius* COMMODVS AVG*uſtus* TR*ibunicia* P*oteſtate* V. Caput Commodi laureatum. Ab altera parte haec agnoſcitur inſcriptio: ADVENTVS AVG*uſti* IMP*erator* IIII. C*O*n*Sul* III. P*ater* P*atriae*. Imperator eques dextram extendit, atque elevat. Adventum hunc Commodi pluribus deſcribit Herodianus Lib. I. Cap. 7. & quomodo derelicto bello ad Urbem properaverit, ubi inter alia haec fere ſcribit ex Angeli Politiani verſione: *Poſtea vero quam fama ac nunciis vulgatum eſt, reverti in Urbem Principem, incredibilis univerſam plebem laetitia pervagatur, ſpem ſibi unoquoque optimam de juvenis Imperatoris praeſentia proponente, credentibuſque univerſis, paternis eum veſtigiis perrecturum.*

TA-

TAB. XXII.





TABULA XXII.

Persequitur Numismata Commodi.

NUM. I.

LIBERALITAS Commodi quarta hujus nummi typo celebratur; quum videlicet is Tribuniciam potestatem sexto gereret, Imperator diceretur IV., & Consul III. Peracto videlicet Triumpho de Germanis hanc liberalitatem exercuit, cujus typus est sedens in substructione Imperator, stantibus post illum Praefecto praetorio, juxta gradus ante Imperatorem Dea Liberalitate cum tessera. In imo adscendens per gradus figura togata sinum pandens.

II. IN nummo, qui ab antica parte Commodi caput barbatum habet atque laureatum, cum hac inscriptione: M*arcus* COMMODVS ANTONINVS AVG*ustus* PIVS, per quatuor puerulos exprimitur, ut indicat subscriptio, TEMPORVM FELICITAS. Quatuor anni tempora nudi designant pueruli, illo excepto, qui vestitus hyemem innuit, laeva tenens anatem vel anserem. Tres reliqui, qui ver, aestatem atque auctumnum depingunt, symbola tempestatum anni habent; canistrum cum floribus, falcem messoriam atque spicas, & vini cyathum, vel similia. Felicitas itaque publica depingitur; si sub Principe tam nequam felix potuerit esse Respublica. Facit huc *Lampridii* locus in Vita Commodi Cap. XIV: *Ipse vero seculum aureum, Commodianum nomine adsimulans, vilitatem proposuit, ex qua majorem penuriam fecit.*

III. UNA eaque sola virtus Commodo fortitudo fuit, laudanda, si eadem contra hostes Imperii Romani usus fuisset, sed quum stolidum corporis robur contra feras, ut spectaculo plebeculae Romanae esset, exercuerit,

PLANCHE XXII.

Où l'on continue d'expliquer les Médailles de Commode.

MEDAILLE I.

LE *Tipe de cette Médaille fait l'élogé de la* IV. *Liberalité de Commode. Ce Prince exerça cette Liberalité sous sa* VI. *Puissance Tribunicienne, après avoir triomphé des Germains; il portoit aussi pour lors le titre, d'Empereur pour la* IV. *fois, & de Consul pour la* III. *Dans le Tipe, l'Empereur est dépeint assis sur une estrade, avec le Commandant de la Garde Prétorienne, qui est debout derriere lui; & devant lui, auprès des degrés, on aperçoit la Déesse Liberalité avec un mereau dans la main. Une figure, vétuë de la toge, monte les degrés, en tendant un pan de sa robe.*

II LA *tête de Commode est dépeinte avec de la barbe & une Couronne de laurier sur la premiére face de cette Médaille. Sur le contour, on lit ces mots:* Marc Commode Antonin, Auguste, Pie. Le bonheur des tems, *ainsi que porte l'Inscription du Revers, est exprimé par quatre jeunes Enfans, qui représentent les quatre saisons de l'année. Ils sont dépeints nuds, excepté celui qui désigne l'hiver, lequel est vétu & tient un Canard ou une Oye de la main gauche. Les trois autres, qui sont les figures du Printems, de l'Eté & de l'Automne, portent des symboles qui conviennent aux saisons qu'ils représentent; l'un tient un panier de fleurs, l'autre une faux de moissonneur & des épis, le troisième une cruche de vin, &c. C'est donc la félicité publique qu'on a voulu dépeindre ici, supposé que la République pût être heureuse sous un si méchant Prince.* Lampridius, *dans la Vie de cet Empereur, Chap.* XIV., *nous en raporte un trait qui quadre ici à merveille.* Commode, *dit cet Historien*, voulant qu'on pût comparer son Régne au siécle d'or, ordonna que toutes les denrées fussent venduës à un prix fort bas: ce qui produisit une plus grande disette qu'auparavant.

III. LA *seule bonne qualité de Commode étoit la bravoure. Elle eût été digne de loüange, s'il en avoit fait usage contre les Ennemis de l'Empire; mais, comme, par une sotte ostentation & pour se faire admirer de la populace de Rome, il ne l'emploia qu'à combatre les bêtes féroces, elle ne mérite pas*

 la

le nom de Valeur: On l'honore pourtant de ce beau titre sur notre Médaille, dont le Tipe représente cet Empereur à cheval, combattant un lion.

IV. On *a dépeint sur celle-ci la marche Consulaire de Commode, faite à l'entrée de son quatrième Consulat. C'est ce que nous apprend l'Inscription, qui contient ces mots:* La VIII. fois de sa Puissance Tribunicienne. Empereur pour la IIII. fois (*lisez*, pour la VI.) Consul pour la IIII. fois, Pere de la Patrie. *Commode, élevé sur un char qui ressemble fort aux chars de triomphe, tient de la main gauche un bâton d'ivoire avec un Aigle. La premiére face de cette Médaille représente la tête de ce Prince avec de la barbe & ceinte d'une Couronne de laurier, comme on le peut voir sur une autre Médaille semblable, qui se trouve dans le Cabinet Farnèse, & sur laquelle est gravée cette Légende:* Marc Commode Antonin, Auguste, Pie.

V. L'Italie, *dont le nom est écrit au bas de ce Tipe, est ici représentée assise sur un globe, avec une Couronne tourelée sur la tête, comme la Reine des autres Provinces. Elle tient de la main gauche un sceptre, qui est le simbole de la Puissance souveraine; & de la droite elle embrasse une corne d'abondance, qui désigne la grande fertilité de son terroir. Cette Médaille a été frappée sous la* X. *Puissance Tribunicienne de Commode, qui avoit aussi pour lors les titres d'Empereur pour la* VII. *fois, & de Consul pour la quatrième. Autour de la tête de Commode, qui est encore depeinte avec de la barbe & portant une Couronne de laurier, on trouve cette Légende:* Marc Commode Antonin, Auguste, Pie, Britannique.

VI. La *Légende de cette Médaille est semblable, des deux côtés, à celle de la précédente, excepté qu'au dessous du Tipe on lit ce mot:* La Santé; *à cause que la Déesse Santé, ou Hygée, comme elle étoit appellée par les Grecs, y est dépeinte. Cette Déesse est assise sur un siége orné d'une figure de Griphon, & donne à manger dans une assiette à un serpent qui se dresse sur sa queuë devant une colonne & un arbre. Au haut de cette colonne, il y a une statuë, que je crois être celle de Mars, vû qu'on lui remarque un casque sur la tête dans une Médaille que je posséde. Celle dont il s'agit ici, paroit avoir été frappée à l'occasion d'un Voeu fait pour la santé de l'Empereur, & pour le salut de la République.*

VII. Au-dessous *du Tipe on lit ces mots en abregé:* Victoire Britannique. *La Déesse Victoire y est représentée assise sur des armes, tenant une palme de la main droite, & de la gauche un bou-*

cuerit, Virtutis nomen inmerito in hoc nummo sibi vindicat Commodi equitis cum leone pugna.

IV. Depingitur processus consularis Commodi quartum Consulis. Epigraphe itaque haec est: TR*ibucia* P*otestate* VIII. IMP*erator* IIII. (repone VI.) CO*n*S*ul* IIII. P*ater* P*atriae.* Commodus in quadrigis, veluti triumphalibus, laeva tenens scipionem eburneum cum aquila. Pars anterior, quae Commodi barbati laureatum caput exhibet, agnoscitur ex simili nummo in *Museo Farnesiano* cum hac epigraphe: *Marcus* COMMODVS ANTONINVS AVG*ustus* PIVS.

V. ITALIA, cujus nomen picturae ejusdem subscribitur, hic tamquam Regina Terrarum globo insidet, capite turrito, laeva, potentiae symbolum, sceptrum tenens, dextra cornucopiae, ubertatem agri sui praedicans. Signatus est nummus, Commodo Tribuniciam potestatem vice decima gerente, quum Imperator VII, Consul esset quartum. In circuitu Commodiani capitis barbati & laureati scribitur: M*arcus* COMMODVS ANTON*inus* AVG*ustus* PIVS BRIT*annicus.*

VI. Ab utraque parte similis praecedenti hujus nummi est inscriptio, nisi quod ratione typi subscribitur SALVS. Depingitur enim Dea Salus sive Hygeia, ut Graecis dicebatur, sellae gryphi figura exornatae insidens, atque ex patera, quam dextra tenet, serpentem pascens erectum ante columnam atque arborem; columnae statua, Martis videlicet galeata, ut ex nummo, quem ipse servo, adparet, insistit. Voti caussa pro salute Imperatoris & Reipublicae signatus fuisse videtur nummus.

VII. VICT*oria* BRIT*annica* legitur sub imagine Deae Victoriae, quae armis insidet, dextra gerens palmam, atque laeva tenens clypeum, qua-

quali Victoriae titulus inſcribi in nummis ſolet. Epigraphe praecedentibus ſimilis eſt. Titulus Britannici reſpicit Britannos per legatos Caeſaris devictos, unde Commodo titulus Imperatoris VII. acceſſit: magis tamen ex adulatione quam vere Britannici cognomen accepiſſe in Vita ejus Cap. VIII, notat Lampridius: *Adpellatus eſt Commodus etiam Britannicus ab adulatoribus, quum Britanni etiam Imperatorem contra eum deligere voluerint.* Quae recte Iſaacus Caſaubonus inluſtrat ex hiſce Capitolini verbis in Vita Pertinacis capite III. *Occiſo ſane Perenni, Commodus Pertinaci ſatisfecit, eumque petiit per literas ut ad Britanniam proficiſceretur: profectuſque milites ab omni ſeditione deterruit, quum illi quemcumque Imperatorem vellent habere, & ipſum ſpecialiter Pertinacem.* Additur mox ibidem: *Et ſeditiones quidem contra ipſe compeſcuit in Britannia: verum ingens periculum adiit: ſeditione legionis fere occiſus, certe inter occiſos relictus; quam quidem rem idem Pertinax acerrime vindicavit.* Adde *Xiphilinum* in Commodo, ſeu *Dionem* Lib. LXXII. p. 821. In illo tamen bello dux Ulpius Marcellus, plurimum a virtute eidem *Dioni* laudatus, materiam gloriae, non tamen ſine vitae ſuae periculo, infami Imperatori Commodo peperit. Ita enim de illo Dio Lib. LXXII. p. 821. Μάρκελλος μὲν δὴ τοιοῦτος ὤν. τούς τε βαρβάρους τοὺς ἐν Βρεττανίᾳ δεινῶς ἐκάκωσε· καὶ μικροῦ δεῖν ὑπὸ τοῦ Κομμόδου κατὰ ταῦτα διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἀποθανεῖν μελλῆσαι, ὅμως ἀφείθη. *Igitur Marcellus, tali ingenio praeditus, maximis atque graviſſimis damnis in Britannia Barbaros adfecit, quo facto quamquam parum abfuit, quin virtutis ipſius ergo Commodus eum necaret, tamen ipſum dimiſit.*

VIII. Celebratur FIDES EXERCITVVM, quae ſubſcriptio eſt nummi hujus, in quo ex ſuggeſtu ſive ſubſtructione milites adloquitur Imperator, & propter egregie navatam operam collaudat. A parte capitis Commodi, quod laureatum eſt, haec leguntur: *Mar-*

bouclier, ſur lequel ſon nom eſt ordinairement gravé dans les Médailles. Le titre de Britannique *ſe raporte aux Bretons, qui avoient été vaincus par les Lieutenans de l'Empereur : ce qui fit donner à Commode le titre d'Empereur pour la* VII. *fois.* Lampridius *remarque pourtant, dans la Vie de ce Prince, Chap.* VIII., *que le ſurnom de* Britannique *lui fut plutôt donné par flatterie qu'à juſte titre.* Commode, *dit-il*, fut auſſi apellé Britannique par les flatteurs, pendant que l'Armée de Bretagne voulut elle-même choiſir un autre Empereur à ſa place. *Iſaac Caſaubon éclaircit fort bien cet endroit de Lampridius, en comparant ce qu'il dit avec ces paroles de Capitolin, dans la Vie de Pertinax, Chap.* III. Commode, après avoir fait mourir Perennis, déclara Pertinax innocent, & lui manda par lettres de ſe rendre dans la Bretagne. Pertinax y alla, & tâcha par toutes ſortes de moïens d'empêcher la révolte des Soldats, qui vouloient à toute force élire un autre Empereur, & ſurtout Pertinax lui-même. *Le même Hiſtorien ajoute un peu après:* A la vérité, il vint à bout d'étouffer les révoltes dans la Bretagne, mais ce fut au peril de ſa vie; car il courut grand riſque d'être tué en voulant arrêter la mutinerie d'une Légion, du moins il fut laiſſé parmi les morts. Mais le même Pertinax punit dans la ſuite très-rigoureuſement les ſéditieux. *A quoi l'on peut ajouter ce que dit Xiphilin dans la Vie de Commode, ou Dion au Liv.* LXXII. *p.* 821. *Le Général Ulpius Marcellus, que Dion loüe beaucoup pour ſa valeur, acquit auſſi pendant cette guerre une ample moiſſon de lauriers à l'infame Commode; mais ce Général mit par-là ſa vie en un très-grand danger, comme le raporte le même Dion, dans le Livre & à la page que nous avons cités plus haut.* Marcellus, *dit cet Hiſtorien*, poſſédant toutes les grandes qualités dont je viens de parler, cauſa dans la Bretagne de très-grandes pertes aux Barbares. Mais, pour récompenſe de ſes ſervices, il s'en falut peu que Commode, jaloux de ſa gloire, ne le fît mourir. A la fin pourtant il lui fit grace de la vie.

VIII. Le *Tipe & l'Inſcription de cette Médaille exaltent* La Fidélité des Soldats. *Commode, monté ſur une tribune, fait une harangue aux Soldats, & leur donne les louanges qui étoient juſtement düës à leur valeur. Autour de la tête de Commode, qui eſt couronnée de laurier, on trouve cette Légende:* Marc Commode Antonin Pie,

Heureux, Auguſte, Britannique; & *ſur le Revers on ajoute les titres ſuivans:* Souverain Pontiſe, la XI. fois de ſa Puiſſance Tribunicienne, Empereur pour la VII. fois, Conſul pour la V. Pere de la Patrie.

Par cette date de l'XI. Puiſſance Tribunicienne, l'on peut connoître que notre Médaille n'a été frappée qu'après la mort de Perennis. Cet homme avoit été Préfet du Prétoire, & s'étoit vû tout-puiſſant à la Cour de Commode; mais ſon ambition & la perfidie de Cléandre, qui lui ſucceda dans ſa dignité, cauſerent ſa ruine. Les Soldats l'immolerent à leur haine, ſous prétexte de mettre en ſureté la vie de l'Empereur, ainſi qu'on peut le remarquer chez Xiphilin dans la Vie de Commode, ou chez Dion Caſſius au Liv. LXXII. *p.* 821. *Voici comment celui-ci raconte l'hiſtoire & la mort de Perennis.* Commode, *dit-il*, s'étant abandonné à toutes ſortes de débauches & ſur-tout à la paſſion qu'il avoit pour les jeux de la courſe, & ne s'appliquant preſque point aux affaires du Gouvernement, *Perennis* fut chargé du ſoin, non ſeulement de ce qui regardoit le militaire, mais auſſi de tout ce qui concernoit l'intérêt de l'Etat & le Bien public: De ſorte que, quand il arrivoit quelque choſe qui déplaiſoit aux Soldats, ils en rejettoient toute la faute ſur *Perennis*, & s'emportoient fort contre lui. Ceux qui étoient dans la Bretagne ſuivirent l'exemple des autres. Comme on leur faiſoit de grands reproches de ce qu'ils s'étoient ſoûlevés, (car ils ne rentrerent dans leur devoir qu'après que *Pertinax* les eût apaiſés), ils choiſirent mille & cinq-cens d'entre eux qu'ils envoïerent en Italie. Ce Détachement arriva juſqu'aux portes de Rome, ſans que perſonne ſe fût opposé à leur marche. *Commode* étant allé au devant d'eux, leur dit en les abordant: *Qu'eſt-ce que ceci veut dire, mes Camarades; pourquoi êtes-vous venus ici?* Ils lui répondirent: *C'eſt à cauſe que* Perennis *vous dreſſe des embûches, & qu'il veut faire ſon fils Empereur. Commode* les crût aſſez facilement, & à l'inſtigation de *Cléandre*, qui haïſſoit fort *Perennis*, parce qu'il lui étoit un obſtacle de faire tout à ſa fantaiſie; il ordonna à ſes propres Soldats d'arrêter le Préfet du Prétoire. Dion *raconte enſuite comment firent mourir* Perennis *& ſa famille.* Après avoir fouëtté *Perennis* de verges, ils lui couperent la tête. Ils tuërent auſſi ſa femme & ſa ſoeur avec deux de

Marcus COMMODVS ANT*oninus* *Pius* FELIX AVG*uſtus* BRIT*annicus.* Sequitur dein ab altera parte: P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* XI. IMP*erator* VII. CO*n*S*ul* V. *Pater Patriae.*

Ex adpoſito numero Tribuniciae poteſtatis patet, ſignatum fuiſſe hunc nummum, poſtquam ſublatus ex vivis eſſet Perennis, Praefectus praetorio, atque ſummae apud Commodum poteſtatis. Is ambitione ſua, & ſucceſſoris, in dignitate illa, Cleandri ſcelere perierat; & quidem ficta pietate militum in Commodum; ut adparet ex Xiphilino in Commodo, ſive Dione Caſſio Lib. LXXII. p. 821. Hiſtoria, quam ibidem de Perenne ejuſque interitu refert, haec eſt: *Quum enim Commodus ſe ſtudio agitandorum curruum, & libidinibus cujuſvis generis dedidiſſet; nec quidquam fere ageret eorum, quae ad Principatum ſpectarent; Perenni non ſolum cura militum, ſed etiam reliquorum omnium eſſe coepit, & maxime publicae utilitatis. Sed milites, quoties eis aliquid parum ex ſententia eveniret, conjecta in Perennem culpa, eidem graviter iraſcebantur. Idem fecere ii, qui erant in Britannia: objurgati, quod ſeditionem feciſſent (ante quidem ſedati non ſunt, quam eos Pertinax placaverit) miſerunt enim in Italiam mille quingentos milites, delectos ex ipſorum numero: quibus, quia à nemine prohibiti jam Romam adventarent, occurrit Commodus, eoſque ita interrogavit: Quid hoc rei eſt, commilitones, quamobrem veniſtis? Illi reſpondere: Propterea, quod* Perennis *tibi inſidias parat, ut filium ſuum Imperatorem deſignet. Quod ubi Commodus credidiſſet facile, inſtante potiſſimum Cleandro, qui Perennem graviter oderat, a quo omnia agere pro libidine vetabatur, Praefectum praetorio militibus, quibus ipſe praeerat, dedit.* Narrat deinde quomodo iidem Perennem cum ſuis occiderint: *Illi Perennem, caeſum verberibus, obtruncant, ejuſdemque uxorem ac ſororem, cum filiis*

liis duobus interficiunt. Haec igitur (ut puto) eſt illa Fides Exercituum, quae in hoc Nummo laudatur.

IX. Processus Commodi conſularis depingitur, quum ſcilicet quintum Conſulatum iniret. Ipſe in curru triumphali ſedens equos regit, ſcipionem eburneum pro more manu tenens. Epigraphe praecedentibus eſt ſimilis.

X. Nummus hic in *Muſeo noſtro* hanc ad laureatum Commodi caput habet inſcriptionem: M*arcus* COMMODVS ANT*oninus* P*ius* FELIX AVG*uſtus* BRIT*annicus*. Pergit deinde in averſa (ut in pictura hac quoque cernitur) parte: P*ontifex* M*aximus*, TR*ibunicia* P*oteſtate* XI. IMP*erator* VII. CO*n*S*ul* V. P*ater* P*atriae*. Sedet vero in ſella curuli Imperator, togatus, dextra globum tenens; Victoria a tergo advolans, lauream capiti adaptat. Dominatorem Orbis Romani celebrat typus, atque ſemper victorem; eo enim titulo vel in pugnis gladiatore magis quam Principe dignis gaudebat; unde *Dio* Lib. LXXII. p. 827. notat, ſe & alios ſolitos fuiſſe (ut juſſi erant) adclamare Commodo poſt ejuſmodi foedas pugnas: Καὶ κύριος εἶ, καὶ πρῶτος εἶ, καὶ πάντων εὐτυχέστατος. Νίκας νικήσεις ἀπ' αἰῶνος. i. e. *Dominus es, & primus es. Vincis omnium feliciſſime; aeterno tempore vincis.* Imo ſedet Commodus, dextra globum tenens, togatus ipſe, veluti Pacator Orbis, prouti titulum illum ſcribens ad Senatum adfectabat, videlicet Εἰρηνοποιὸς τῆς Οἰκουμένης, teſte *Dione* Lib. LXXII. p. 824.

XI. In *Muſeo Theupol. p.* 549. ita legitur: M*arcus* COMMODVS ANT*oninus* P*ius* FELIX AVG*uſtus* BRIT*annicus*. Caput Commodi laureatum, P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* XI. In averſa parte: IMP*erator* VII. CO*n*S*ul* V. *Pater Patriae.* Janus bifrons ſeminudus ſtans in templo, dextra haſtam tenens. Similem ex Indice *Cavotortae* citat *Mediobarbus* p. 251. cum titulo IMP. VIII. &c. ubi ſic deſcribit: *Janus bifrons in Templi veſti-*

avec deux de ſes fils. *Voilà, ſi je ne me trompe, quelle eſt cette* Fidélité des Soldats, *qu'on loue dans notre Médaille.*

IX. Ce *Tipe repréſente la marche Conſulaire de Commode, lorſqu'il entra dans ſon cinquième Conſulat. Il eſt aſſis ſur un char de triomphe, dont il conduit lui-même les chevaux, & il tient à la main, ſelon la coûtume, un bâton d'ivoire. L'Inſcription eſt la même que celle des Médailles précédentes.*

X. Sur *une Médaille de ce genre, qui eſt dans mon Cabinet, on trouve cette Légende autour de la tête de Commode couronnée de laurier:* Marc Commode Antonin Pie, Heureux, Auguſte, Britannique; *& elle continuë de la ſorte ſur le Revers (comme on le peut voir auſſi dans la préſente Médaille:)* Souverain Pontife, exerçant La Puiſſance Tribunicienne pour l'XI. fois, Empereur pour la VII. fois, Conſul pour la V. fois, Pere de la Patrie. *L'Empereur, vétu de la toge, & tenant un globe de la main droite, eſt dépeint aſſis ſur un ſiége curule. La Victoire s'approche de lui par derriere en volant, & lui met une Couronne de laurier ſur la tête. On lui donne ici les titres de Maître du monde & de Prince toûjours victorieux. Ce dernier titre ſur-tout lui plaiſoit extrêmement, & il étoit fort aiſe de l'entendre de la bouche des Courtiſans & du Peuple pendant ces combats plus dignes d'un Gladiateur que d'un Prince, auxquels il s'adonnoit. C'eſt pourquoi* Dion *raporte au Liv.* LXXII. *p.* 827., *que lui-même & les autres avoient coûtume (ainſi qu'il leur étoit commandé) de faire ces acclamations à Commode, après ces infames combats:* Vous êtes le maître; vous l'emportez ſur tous les autres; vous les ſurpaſſez tous; vous étes éternellement vainqueur. *De plus, Commode eſt repréſenté aſſis, vétu de la toge, & tenant un globe dans la main droite, en qualité de Pacificateur de l'Univers; car il affectoit de prendre ce titre lorſqu'il écrivoit au Sénat, comme on le peut voir dans* Dion, *au Liv.* LXXII. *p.* 824.

XI. Dans *le Cabinet de Theupoli, p.* 549., *on lit ces mots ſur le circuit de la préſente Médaille:* Marc Commode Antonin Pie, Heureux, Auguſte, Britannique. *La tête de Commode eſt couronnée de laurier. Sur le Revers, on ajoûte:* Souverain Pontife, jouiſſant pour l'XI. fois de la Puiſſance Tribunicienne, Empereur pour la VII. fois, Conſul pour la V. fois, Pere de la Patrie. *Le Tipe repréſente un Janus à deux viſages, demi-nud, qui eſt débout dans un Temple, & qui tient une haſte de la main droite.* Mezzabarba, *p.* 251, *en cite une ſemblable de l'*Indice de Cavotorta, *qui porte ce titre:*

titre: IMP. VIII. &c.; *& il la décrit de la ſorte:* Il y a une ſtatuë de Janus à deux faces dans le veſtibule d'un Temple. Elle tient une haſte de la droite. *Quoique la figure, qu'on voit débout dans le deſſein de cette Médaille; n'ait pas deux faces, & qu'elle ſemble être celle de l'Empereur, il n'y a néanmoins preſque pas lieu de douter, qu'il n'y ait un Janus à deux faces ſur la Médaille même; mais apparemment que l'une de ces faces aura été fort endommagée par la roüille, ou par la longueur du tems; & c'eſt ce qui a trompé le Graveur, qui a pris pour des cheveux les traits qui en reſtoient. Du moins j'ai vû moi-même une ſemblable Médaille de Commode, avec un Janus à deux viſages. Une autre Médaille de Commode, du plus grand module, frappée ſous ſon* XI. *Puiſſance Tribunicienne, confirme encore cette opinion; car on y remarque un Janus à double face. Elle a été publiée & deſſinée par* Sebaſt. Erizzo, *p.* 538., *& parmi les* Médaillons de Loüis le Grand, *Planche* XIII. *N°.* 5.

Parmi les Médailles des Empereurs, on en trouve quelques-unes d'Antonin Pie, avec la ſtatuë de Janus à deux faces, & quelques autres d'Adrien, avec un Janus à quatre faces. Xiphilin, *ou plutôt* Dion Caſſius, *dont l'autre a emprunté les paroles, nous apprend au Liv.* LXXII. *p.* 824., *pourquoi l'on a gravé la figure de Janus ſur les Médailles de Commode; ſavoir, à cauſe que ce Prince vouloit paſſer pour* le Pacificateur du Monde, *& qu'il s'arrogeoit ce ſuperbe titre dans les Lettres qu'il addreſſoit au Sénat, comme nous l'avons déja remarqué dans l'Article qui précéde.*

XII. La *Légende de cette remarquable a été effacée en partie par l'injure du tems; car il n'en reſte plus que ces lettres ſur le contour:* ..... COS. V. P. P. *Le Tipe repréſente un Navire ſans rames, qui va à la voile. Au-deſſous de ce Navire, on remarque des points placés de cette maniére ..... Ce qui fait connoître qu'il y a eu en cet endroit des lettres qui ont été auſſi conſumées par la roüille.*

Mezzabarba *nous aprend, pag.* 251., *comment on doit lire la Légende de cette Médaille. Voici comme il la raporte:* Marc Commode Antonin, Pie, Heureux, Auguſte; *& ſur le Revers, il y a:* Souverain Pontife, jouiſſant par l' XI. fois de la Puiſſance Tribunicienne, Empereur pour la VIII. fois, Conſul pour la VI. fois, Pere de la Patrie. *Au-deſſous du Tipe on lit:* Prévoyance d'Auguſte. *Le même*

veſtibulo, dextra haſtam. Quamvis itaque in Reginae hoc nummo nequaquam bifrons ſtans illa veluti Imperatoris occurrit figura, dubitare tamen vix poſſumus, quin bifrons ipſius Jani in nummo exſtet facies, altera videlicet facie aliquantum rubigine vel adſiduo uſu laeſa, ut ſculptor crinem crediderit in occipite, quae faciei erant lineamenta. Ipſe denique vidi ſimilem Commodi nummum cum effigie Jani bifrontis. Facit praeterea huc maximi moduli nummus ſub Commodi Tribunicia poteſtate XI. cuſus, in quo Jani gemini caput agnoſcitur. Editus is eſt atque depictus a *Sebaſt. Ericio* p. 538. & inter *Medalliones Regios*, Tab. XIII Num. 5.

Occurrit inter Imperatorios nummos Jani bifrontis imago in Antonini Pii, quadrifrontis in Hadriani nummis. Rationem, quare adpareat Jani bifrontis imago in Commodi nummis, dat *Xiphilinus* in Commodo, ſive, ex quo ille verba ſua mutuatus eſt, *Dio Caſſius* Lib. LXXII. p. 824. quod videlicet *Pacator Orbis*, Εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκυμένης, haberi vellet Commodus in ſuperbiſſimis illis titulis, quos ſibi adrogabat, quum literas ad Senatum daret, uti docuimus ſupra ad Num. praecedentem.

XII. Mutila; propter injuriam temporis, praeclari hujus nummi eſt inſcriptio, neque enim aliud quid, deletis reliquis literis, legitur quam ...... COS. V. P. P. quae literae in circuitu nummi ſuperſunt. Depingitur navis vela faciens ſine remis, ſub qua puncta quaedam hoc modo ..... collocata, docent ibi quoque literas rubigine conſumtas.

Facem vero lectioni hujus nummi praebent verba *Mediobarbi* p. 251. M*arcus* COMMODVS ANT*oninus* P*ius* FELIX AVG*uſtus.* Dein ab alio latere pergit; P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* XI. IMP*erator* VIII. CO*n*S*ul* VI. P*ater* P*atriae.* PROVID*entia* AVG*uſti. Navis in medio mari cum*

cum velis, *absque remis. D. Camilli Pichii.* Neque tamen propterea emendatione noster hic nummus indiget, in quo *Quintus* non *Sextus* scribitur Consulatus Commodi; repetitus enim sub sexto ejus Consulatu fuit typus, qui jam ante quinto ejus Consulatu signatus fuerat. Didici illud ex simili nummo, qui a me inspectus fuit in *Museo Uilenbroekiano.* Typum illustrant verba haec *Lampridii* in Vita Commodi Cap. XVII. *Classem Africanam instituit*, *quae subsidio esset*, *si forte Alexandrina frumenta cessassent. Ridicule etiam Carthaginem Alexandriam Commodam Togatam adpellavit: quum classem quoque Africanam Commodianam Herculeam adpellasset.*

même Antiquaire ajoute ensuite, *que le Tipe est un Navire en pleine mer avec des voiles & sans rames*, *dans* le Cabinet de D. Camillo Pichi. *Quoique la Légende de notre Médaille marque le* V. *& non pas le* VI. *Consulat de Commode*, *elle n'a pourtant pas besoin d'être corrigée à cet égard; car on se servit sous son sixième Consulat du même Tipe qui avoit déja été emploïé sous le cinquième. C'est ce que j'ai apris par le moïen d'une Médaille semblable*, *que j'ai vüë dans* le Cabinet de Uilenbroek *Les paroles suivantes de* Lampridius, *dans la Vie de Commode*, *Chap.* XVII. *me semblent propres à expliquer le Tipe de notre Médaille.* Il fit construire, *dit cet Historien*, une Flote pour l'Afrique, afin de s'en servir au cas que les blés d'Alexandrie vinssent à manquer. Il fit aussi, par une vanité ridicule, donner à Carthage le nom d'Alexandrie Commode Togée. Il voulut de même que la Flote Africaine s'apelât la Flote Commodienne Herculienne.

XIII. XIV. VACANT.

XIII. XIV. *Ces endroits son vuides.*

Caracallae. Occurrit ejuſmodi Macrini nummus infra Tab. XXIX. Num. XXIII. XXIV. Ad caput Caracallae haec adeſt inſcriptio: IMPerator ANTONINVS PIVS AVGuſtus BRITannicus. Ab altera parte legitur: ROMAE FELICI. atque depingitur lupa Romulo atque Remo praebens ubera. Quod vero obſervari debet, neque huic Caracallae nummo, neque illis Macrini, qui primi & ſecundi ſunt moduli, adſcripta Senatus-conſulti invenitur nota. Unde patet non fuiſſe ſignatos eoſdem in urbe Roma, ſed extra Romam, & forſitan in ipſa Meſopotamia Syriave, ubi & Caracalla & Macrinus verſati fuerunt. Sunt enim nummi illi, praeſertim Macrini, & omnes, quos ego quidem viderim, vidi autem plures, rudiuſcule facti, neque illa arte, quae in Caracallae & Macrini nummis Romae ſignatis, elucet. Quae me cauſſa movet ut credam Antiochiae cuſos fuiſſe. Exſtat enim Gordiani Pii elegans nummus, primae magnitudinis, qualem ipſe ſervo, Antiochiae cuſus, qui itidem gemellos exhibet ſub uberibus lupae, adſcripto tamen Antiochiae Coloniae Caeſareae nomine. Quod in illis Caracallae & Macrini factum non reor, quoniam praeſentes ibi adfuerint Imperatores, & propterea Romae, tamquam felici ſub fortiſſimis ejuſmodi Imperatoribus, blandiri voluerint, eamque gratulari felicitatem, qui nummos illos ſignarunt.

XX. XXI. Latinis Caracallae nummis ſuccedunt Graeci, inter quos qui primus occurrit a Perinthiis cuſus, ab antica parte nudum atque juvenile Antonini caput ſine barba, ſed cum paludamento ad pectus exhibet. Scribitur in circuitu: Μάρκος ΑΥΡΗΛιος ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙσαρ. *Marcus Aurelius Antoninus Caeſar.* A poſtica parte depingitur Jupiter, ſedens corporis parte ſuperiore nuda, dextra tenens pateram, laeva haſtam, atque hac epigraphe: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. i. e. *Perinthiorum Neocororum.*

Notum eſt Perinthios magnis privilegiis atque commodis a Severo fuiſſe adfectos, propterea, quod quum vicini

les du ſecond module. On verra ci-deſſous, Planche XXIX, *N°.* XXIII, XXIV. *une Médaille de Macrin, qui a les qualités que je viens de dire. Autour de la tête de Caracalla, la Légende eſt conçuë en ces termes ſur notre Médaille:* L'Empereur Antonin, Pieux, Auguſte, Britannique. *Sur le Revers, on lit ces mots:* A Rome Heureuſe; *& on y voit dépeinte une Louve qui alaite Romulus & Remus. Mais, ce qui mérite d'être obſervé, c'eſt qu'on ne trouve point la marque de l'ordonnance du Sénat, ni ſur la préſente Médaille de Caracalla, ni ſur celles de Macrin dont je viens de parler, & qui ſont du premier & du ſecond module: d'où il paroit que ces Médailles n'ont pas été frappées à Rome, mais ailleurs, & peut-être dans la Meſopotamie même, ou dans la Syrie, Provinces où Caracalla & Macrin ſe ſont trouvés en perſonne. D'ailleurs, ces Médailles, & ſur-tout celles de Macrin, du moins celles que j'ai vûës, (& j'en ai vû pluſieurs) ſont aſſez groſſiérement travaillées, & on n'y remarque point du tout cet art qui brille dans les Médailles de Caracalla & de Macrin qui ont été frappées à Rome. C'eſt ce qui me fait croire qu'elles ont été frappées à Antioche; car il y a une fort belle Médaille de Gordien Pie, de la premiére grandeur, (& j'en ai moi-même une de cette ſorte) frappée à Antioche, qui repréſente de même les jumeaux têtans la Louve, avec le nom d'Antioche Colonie Céſarienne marqué dans l'Inſcription. Ce qui n'a pas été pratiqué, comme je crois, ſur ces Médailles de Caracalla & de Macrin, parce que ces Empereurs étoient préſens eux-mêmes pour lors en cette Ville; & c'eſt ce qui a engagé, ſelon toute apparence, ceux qui ont frappé ces Médailles, à féliciter Rome ſur le bonheur qu'elle avoit d'être gouvernée par de ſi vaillans Empereurs.*

XX. XXI. Apres *les Médailles Latines de Caracalla viennent celles qui portent des Inſcriptions Grecques. La premiére qui ſe préſente ici de ce genre, a été frappée par les Perinthiens, & repréſente la tête de Caracalla, encore jeune & ſans barbe, mais avec une cotte d'armes ſur la poitrine. La Légende ſuivante eſt gravée ſur le contour:* Marc Aurele Antonin, Céſar. *Sur le Revers, Jupiter, aſſis & nud juſqu'à la ceinture, tient une patere dans la main droite & une haſte dans la gauche; & on y lit cette Inſcription:* Des Perinthiens Néocores.

On ſait que Sevére avoit accordé de grands priviléges aux Perinthiens, & qu'ils avoient reçu de ce Prince pluſieurs bienfaits, parce qu'ils s'étoient at-

attachés à ſon parti, pendant que les Bizantins leur voiſins favoriſoient celui de Niger ſon ennemi. C'eſt pourquoi la Ville de Perinthe frappa un grand nombre de Médailles, parmi leſquelles il y en a de fort curieuſes, à l'honneur de cet Empereur & de ſa famille. Celle que nous expliquons maintenant, a été frappée peu de tems après la Victoire de Sevére ſur Peſcennius, comme il eſt facile de juger par les traits encore fort jeunes de Caracalla. On y a dépeint Jupiter ſous la même figure qu'il étoit adoré à Perinthe. Cette Ville fut faite Néocore par Sevére, & ſes habitans ſe glorifient ici de cette dignité.


XXII. XXIII. ON *voit ſur cette Médaille un buſte de Caracalla, qui étoit déja pour lors un homme fait & portant barbe. Il eſt couronné de laurier, & porte un cotte d'armes ſur les épaules. A ſon côté droit on remarque une pique, & un bouclier à ſa gauche. La Légende qui eſt ſur le contour, eſt ainſi exprimée:* L'Empereur Céſar Marc Aurele Antonin. *Dans le Tipe du Revers, Hercule debout s'appuïe de la main droite ſur ſa maſſuë, qui eſt poſée ſur un globe; & il porte ſur le bras gauche les dépoüilles du lion de Nemée. L'Inſcription, qui ne contient que ce mot:* Des Amoriens, *nous apprend où cette Médaille a été frappée, ſavoir dans une petite Ville de Phrygie, apellée Amorium, qui étoit ſituée ſur le fleuve Sangari. Ptolomée & Strabon en ont fait mention; & elle a frappé des Médailles à l'honneur de Trajan, de Caracalla & de Geta. Hercule eſt auſſi dépeint ſur la Médaille de Trajan; ce qui montre que le Culte de ce Héros étoit fort en uſage dans cette Ville.* Jean Vaillant *a auſſi deſſiné, p. 96, la Médaille de Caracalla dont il s'agit ici, avant la ſuite ou le catalogue des Médailles Grecques de cet Empereur; mais ſon deſſein n'eſt point exact ni complet, vû qu'on y a omis la pique.*


XXIV. LA *Légende, qui eſt autour de la tête de Caracalla, eſt ainſi exprimée:* Antonin Auguſte. *Cette Médaille a été frappée à Ancyre, comme il paroit clairement par l'Inſcription du Revers, où on lit ce mot:* A Ancyre. *Le contour porte cette Légende:* Les Jeux Aſclepiens Soteriens, Iſthmiens, Pythiens. *Le Tipe repréſente une femme aſſiſe, avec une couronne tourrelée ſur la tête; elle tient une urne de la main droite, & un Temple dans la gauche.* André Morel *a le premier publié & deſſiné cette Médaille dans ſon* Specimen Univerſae Rei nummariae antiquae, *Planche*

cini Byzantini Nigri adhaererent partibus, ipſi Septimium Severum foviſſent. Hinc eſt quod innumeri nummi, atque praeſtantiſſimi inter illos, in familiae Severi Imperatoris honorem cuſi fuerint. Quem itaque nunc explicamus, is cuſus fuit haud longe poſt devictum Peſcennium Nigrum, ut ex juvenili Antonini, ſive Caracallae adparet facie; atque Jovem, prouti Perinthi colebatur, exhibet: Neocoriam Perinthus a Severo accepit, quam dignitatem in hoc nummo celebrari videmus.

XXII. XXIII. CARACALLAE, viri jam & barbati, caput cum humeris depingitur. Ipſe laurea decorus eſt, paludamentum habet ad humeros, atque ad dextram partem eminet haſta, ad laevam clypeus. Legitur in circuitu: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος ΑΥΡΗλιος ΑΝΤΟΝΙΝΟC. i. e. *Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus.* Ab altera parte ſtat Hercules, clavae, quae globo inſiſtit, innixus dextra manu, a laeva enim leonis ſpolia dependent. Inſcriptio: ΑΜΟΡΙΑΝΩΝ. i. e. *Amorianorum*, oſtendit a quibus ſignatus hic nummus fuerit, videlicet ab oppido Phrygiae, quod Amorium vocabatur. Situm fuit circa amnem Sangarium, ejuſque Ptolemaeus atque Strabo mentionem fecerunt. In honorem Trajani, Caracallae atque Getae, nummos cudit. In Trajani nummo pariter ſignavit Herculem; ut adpareat viguiſſe ibi illius Herois cultum. Caracallae, de quo loquimur, nummum, depinxit quoque, ſed minus integre (haſtam enim omiſit) ante recenſionem Imperatoris ejuſdem nummorum p. 96. *Jo. Vaillantius.*

XXIV. INSCRIPTIO juxta caput Caracallae haec eſt: ΑΝΤΟΝΕΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC. i. e. *Antoninus Auguſtus.* Nummus Ancyrae ſignatus eſt; quod docet ſubſcriptio ab altera parte: ΑΝΚΥΡΑC. i. e. *Ancyrae.* Legitur in circuitu: ΑCΚΛΗΠΕΙΑ CΩΤΗΡΕΙΑ ΙCΘμια ΠΥΘΙΑ. i. e. *Aſclepia Soteria Iſthmia Pythea.* Mulier ſedet turrita, dextra tenens urnam, laeva Templum. Nummi poſticam partem hanc depinxit ediditque primus *Andreas Morellius* in *Specimine Univer-*


ΑΓΚΥΡΑΣ
ΝΙΚΑΙΕΩ
Ν
ΤΑΡΣΟΥ
ΤΑΡΣΟΥ



verſae Rei Nummariae Antiquae Tab. XIII, Num. 8. ubi teſtatur numiſma hoc *Cimelii* quondam *Reginae Chriſtinae*, ſuo tempore exſtitiſſe in *Muſeo Illuſtriſſimi Principis Odeſchalchi.*

Peculiarem Epiſtolam de nummis Ancyranis (plures enim variis exſtant typis) in quibus Sacrorum ejuſmodi fit mentio, conſcripſit dignitate & doctrina Illuſtriſſimus *Ezechiel Spanhemius.* Prima occurrit inter Spanhemii Epiſtolas, quas iteratae ſuae, atque auctae laudati libelli Editioni, adjunxit *Andreas Morellius.* Nam prior pulcherrimi illius *Speciminis* Editio prodiit Pariſiis anno 1673. poſterior autem Lipſiae 1695. Inſtituta haec Sacra Certamina Ancyrae (quae Galatiae celeberrima fuit urbs) erant in honorem Aeſculapii Servatoris, nomenque ab eo traxerant. Itaque curioſum Lectorem ad laudatam Illuſtr. *Spanhemii* Epiſtolam ablegamus, in qua fuſe & erudite de iiſdem agitur. Libellus autem iſte in omnibus Antiquariae rei curioſorum bibliothecis reperiri ſolet.

che XIII. *N°*. 8. *où il remarque que cette Médaille, qui étoit autrefois dans le* Cabinet de la Reine Chriſtine, *ſe trouvoit de ſon tems dans le* Cabinet de l'illuſtre Prince Odeſchalchi.

Ezechiel Spanheim, *homme auſſi diſtingué par ſon ſavoir que par ſa dignité, a écrit une Lettre particulierement ſur les Médailles d'Ancyre, où il eſt fait mention de ces Combats ſacrés; car il y a pluſieurs de ces Médailles, & avec différens Tipes. La Lettre qu'on vient de citer, eſt la premiére parmi celles de* Spanheim *qu'*André Morel *a inſerées dans la ſeconde Edition de ſon Ouvrage que nous avons cité plus haut; car la premiére Edition de ce bel Ouvrage, intitulé* Specimen &c., *a été faite à Paris l'an* 1673, *& la ſeconde à Leipſic en* 1695. *Ces Combats Sacrés d'Ancyre, Ville très-célébre de la Galatie, avoient été inſtitués à l'honneur d'Eſculape Sauveur, ou Conſervateur, & c'étoit de-là qu'ils avoient tiré leur nom. Mais nous renvoïons les curieux à la Lettre même de l'illuſtre* Spanheim, *où cette matiére eſt traitée fort au long, & avec beaucoup d'érudition. Le Livre où cette Lettre eſt inſerée, ſe trouve ordinairement dans les Bibliothèques de tous ceux qui ont du goût pour les Antiquités.*

TABULA XXVIII.

Numiſmata porro exhibet Graeca Caracallae, eruditione & varietate illuſtria.

NUM. I.

PRIMI in horum numiſmatum ſerie occurrunt Ancyrani, quorum nummus hanc habet inſcriptionem: ΜΗΤΡΟΠΟλεως ΑΝΚΥΡΑΣ. i. e. *Metropoleos Ancyrae.* Templum vero magnificum exhibet, quod in fronte ſeriem ſex vel octo habet columnarum, atque plures pro porticu ſive deambulatione ad latera. Galatiae Metropolis exſtitit Ancyra, potuitque illud Templum in Severi honorem fuiſſe conditum.

II. ARADUM patriam agnoſcit hic nummus, ut docet inſcriptio ΑΡΑΔΙΩΝ. i. e.

PLANCHE XXVIII.

Où ſont deſſinées pluſieurs Médailles Grecques de Caracalla, très-remarquables par leur variété & par les points curieux d'Hiſtoire qu'elles contiennent.

MEDAILLE I.

CELLE *qui eſt à la tête des autres dans cette Planche, a été frappée par les habitans d'Ancyre, & porte cette Inſcription:* D'Ancyre Métropole. *Il y a ſur le Revers un Temple magnifique qui a ſix ou huit rangs de colomnes, & on en remarque encore pluſieurs dans les portiques qui ſont au deux côtés de cet édifice. Ancyre étoit Métropole de la Galatie, & avoit peut-être bâti ce Temple à l'honneur de Sevére.*

II. CETTE *Médaille a été fabriquée à Aradus, ainſi que le prouve cette Inſcription:* Des Ara- diens;

diens; *mais le Tipe a été un peu maltraìté par l'injure du tems. On y voit encore un grand arbre au milieu, avec un lion d'un côté; mais ce qui étoit de l'autre côté de cet arbre, est maintenant effacé. On peut néanmoins réparer ce défaut par le moïen d'une autre Médaille que* Jean Tristan de Saint-Amant *a dessinée & expliquée dans ses* Comment. Histor. *Tom.* II. *p.* 230. *Cette Médaille nous aprend, qu'auprès de l'arbre en question il y a, d'un côté une figure de brebis ou de belier, & de l'autre, une figure de bœuf ou de taureau. On y remarque de plus un autre arbre derriére le taureau; &, autant que je le puis conjecturer par les traits effacés de notre Médaille, il me semble qu' à côté ou derriere chacun de ces animaux il y avoit un arbre plus petit que celui du milieu. Cependant, je suis en doute si les Tipes de ces deux Médailles se ressemblent parfaitement, ou different entre eux, par raport aux figures d'animaux. Du moins la diverse position des lettres, qui sont autrement arrangées & placées dans l'une que dans l'autre, montre qu'elles ne sont point sorties du même moule; car, sur la Médaille de* Tristan, *il n'y a que les deux derniéres lettres de l'Inscription, qui soient placées après la cime du grand arbre, au lieu que dans celle de la* Reine *il se trouve quatre lettres après l'endroit désigné. J'avouë, à la verité, qu'il a fort bien pû se faire que la figure de cet animal, que notre Graveur a pris pour un lion & non pour une brebis, fût un peu effacée sur la Médaille de la* Reine Christine; *vû que la figure de taureau, qui étoit de l'autre côté de l'arbre, a été entierement consumée par la rouille, ou par l'usage continuel qu'on en a fait. Pour l'arbre du milieu, je panche à croire que c'est un Ciprès, quoique* Tristan *l'ait pris pour une sorte de machine, ou d'instrument, comme il paroit par la description qu'il en donne.* Au milieu de ces animaux, *dit-il*, il y a un certain instrument de forme, plus menuë par le bas que par le haut: qui va toutes fois en estrecissant avec une petite ouverture dans le milieu. *Mais ce que cet Antiquaire a pris pour une ouverture, étoit sans doute un endroit rongé par la rouille; car on connoit par la figure que c'est un Ciprès qui est dépeint dans ce Tipe.* Tristan *s'étend ensuite sur la description d'Aradus, qui étoit une Isle & une Ville très-peuplée & fort riche de la mer de Phénicie; de sorte qu'elle possedoit beaucoup de terres dans le continent voisin. Cet Auteur croit avec assez de vraisemblance, que ces richesses & possessions des Aradiens sont désignées par les simboles de notre Tipe, savoir les pâturages par le bœuf*

i. e. *Aradiorum.* Sed typus ejusdem aliquo modo male habitus fuit temporis injuria. Cernitur adhuc ingens arbor, atque ab altero ejusdem latere stans leo; quod autem ab altero fuit, delevit vetustas. Quod damnum resarcire licet ex alio ejusdem urbis nummo, quem depinxit atque illustravit laudatus saepe *Jo. Tristanus Sanctamantius* Tom. II. *Comment. Histor.* p. 230. ex quo nummo docemur, ovem ab altera arboris parte exprimi, ab altera taurum, post taurum vero cerni aliam arborem; quantum vero ex hujus nummi detritis lineis conjicere licet, utrumque animal minorem juxta vel post se habuit arborem. Oritur autem mihi dubium, utrum plane similis utriusque nummi sit typus, an vero diversus ratione animalium; certe ex eadem non prodiisse matrice nos docet collocatio literarum, nam duae postremae ex inscriptione literae in nummo *Tristani* collocantur post summum arboris cacumen, at quatuor in nummo *Reginae.* Potuit autem, quod facile largior, in Reginae nummo, aliquantum, ut patet, detrito, fuisse quoque detritior alterius animalis, quod leonis effigiem, non ovis credidit pictor, figura; quum detrita plane per aeruginem usumve adsiduum evanuerit figura tauri ab altera arboris parte. Arborem intermediam Cupressum crediderim, quamvis *Tristanus* de nescio qua machina explicat, dum scribit: *Medio inter animalia haec* (taurum ovemque) *loco cernitur instrumentum quoddam tenuius a parte inferiore quam superiore; conice illud surgit atque in medio sui parvum habet foramen.* Quod foramen credidit Antiquarius, sine dubio aerugine consumta pars aeris fuit, arbor autem omnino cypressus ex figura ejus cognoscitur. Diffundit sese deinde idem *Tristanus* in descriptione Aradi, quae insula, atque urbs fuit maris Phoenicii, egregie habitata & valde dives, sic ut in continente vicina late agros possederit. Quas Aradi divi-

divitias atque poſſeſſiones non incommode idem *Triſtanus* credit ſignificari per typum hujus nummi, paſcua videlicet per bovem ſive taurum atque ovem, ſylvaſque per arborem, quae in nummo ejus juxta bovem cernitur. Et ſane armentis, gregibuſque in continenti paſcentibus divites fuiſſe Aradios, idque illo typo expreſſum agnoſco; verum arbores illas juxta bovem atque ovem, ſeu taurum atque arietem, de frugiferis interpretor arboribus; quod autem neſcio quod inſtrumentum, quamve machinam, credidit *Triſtanus*, cypreſſum eſſe adfirmo, atque nemora illo typo indicari.

III. Posticas, duorum qui praeceſſerunt, nummorum partes tantum deſcribere licuit, quoniam facies anterior, quae nomen & titulum caputque Caracallae exhibet, ad nos non pervenerunt. Verum tertii hujus juxta Caracallae caput haec eſt inſcriptio: ΑΥΤΟκράτωρ ΚΑΙσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. i. e. *Imperator Caeſar Marcus Aurelius Antoninus*. Diſcimus illud ex eminentiſſimo *Noriſio*, in Libro *De Epochis Syro-Maced.* Diſſert. V. p. 541. ubi nummum hunc ex *Chriſtinae Reginae Cimeliis* laudat, atque doctiſſime oſtendit, ſomniaſſe Antiquarios, qui ignotam Geographis urbem Phaneam ex hujuſmodi nummis eorumque inſcriptione commenti ſunt, quum ſpectent omnes ad urbem Sichem, quae Neapolis dicta fuit. Itaque lectio hujus nummi ab altera parte haec eſt: ΑΥΡηλίου ΦΛαυίου ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC CΑΜαρείας. i. e. *Aureliae Flaviae Neapolis Samariae.* Depingitur vero Templum in vertice montis, ad quod per exciſos in monte gradus adſcenditur. Solis aſtrum, poſt Templum, ad ejuſdem montis verticem obſervatur. Ad Sichemum itaque Samaritanae regionis, quae Neapolis, ut norunt leviter Eruditi, habuit nomen, atque cognomen Aureliae & Flaviae, uti ex hoc nummo liquet, Palaeſtinae urbem notiſſimam, haec inſcriptio pertinet. Mons ipſe, in nummo depictus, celeberrimus ille mons Garizim eſt. *Pro-*

bœuf & la brebis, & les forêts par cet arbre qu'on voit ſur la Médaille derriére le bœuf. Pour moi, je reconnois très-volontiers que les Aradiens poſſedoient des troupeaux de gros & de menu bêtail, qui paiſſoient dans les campagnes du continent voiſin, & que tout cela eſt ſignifié dans notre Tipe; mais, quant à ces arbres qu'on remarque derriére le bœuf & la brebis, ou derriére le taureau & le belier, je les prens pour des arbres fruitiers; & je ſoûtiens de plus, que ce que Triſtan *a pris pour une ſorte de machine ou d'inſtrument, eſt un Ciprès, & que cet arbre ſignifie ici les bois, ou les forêts, poſſedés par les Aradiens.*

III. Nous *n'avons pû décrire que les Revers des deux Médailles précédentes; parce que leur premiére face, ſur laquelle étoit gravée la tête de Caracalla avec ſon nom & ſes titres, n'eſt point parvenuë juſqu'à nous; mais la Légende que porte celle-ci du côté de la tête ne nous eſt pas inconnuë; voici ce qu'elle contient:* L'Empereur Céſar Marc Auréle Antonin. *Nous ſommes redevables au Cardinal* Noris *de nous avoir conſervé cette Légende dans ſon Livre* de Epoch. Syro-Macedon. Diſſert. V. p. 541, *où il cite la préſente Médaille qu'il avoit vûë dans le* Cabinet de la Reine Chriſtine. *Il réfute fort ſavamment au même endroit les Antiquaires, qui, ſur l'autorité de ces Médailles, dont ils avoient lû mal l'Inſcription, ont imaginé une certaine Ville, nommée Phaneas, que les Geographes n'ont jamais connuë; & il fait voir que toutes les Médailles de cette eſpèce apartiennent à la Ville de Sichem, qui fut dans la ſuite apellée Naplouſe. Voici donc comment il faut lire l'Inſcription qui eſt ſur le Revers de notre Médaille:* D'Aurelie Flavie Naplouſe de Samarie. *Le Tipe repréſente un Temple ſur le ſommet d'une montagne, auquel on montoit par des degrez taillés dans le roc. On y remarque auſſi l'aſtre du jour, qui paroit audeſſus de la montagne derriere le Temple. Cette Inſcription regarde donc Sichem, Ville fort connuë de la Paleſtine & nommement du païs Samaritain, qui fut depuis apellée Naplouſe, comme ſavent tous ceux qui ſont tant ſoit peu verſés dans les ſciences: elle porta de plus les ſurnoms d'Aurelienne & de Flavienne, comme on le voit par cette Médaille. Ainſi, la montagne dépeinte dans le Tipe, eſt ſans doute le célébre mont Garizim. Le ſavant* Cardinal Noris, *dans le Livre que nous avons cité, raporte ſur ce ſujet ces paroles de* Procope, *tirées du Liv.* V. des Edifi-

 ces

ces de Justinien: Il y a, dit il, dans la Palestine une Ville apellée Naplouse, auprès de laquelle s'éleve une haute montagne qu'on nomme Garizim. *Pour ce qui regarde le Temple qui est dépeint sur le mont Garizim, & auquel un Auteur anonime, cité par le* Cardinal Noris *p.* 542, *raporte qu'on montoit par trois cens degrés, qui sont marqués en gros dans notre Tipe: pour ce qui est, dis-je, de ce Temple, il ne faut point le confondre avec l'ancien Temple de Jupiter Xenien, ou l'Hospitalier, qui fut bâti sur cette montagne du tems d'Antiochus Roi de Syrie. Il s'agit ici d'un Temple beaucoup plus récent, qui fut élevé dans le même endroit, lorsque cette Ville reçut le nom de Naplouse; car Jean Hircan, Souverain Pontife & Chef des Juifs, avoit détruit de fond en comble ce Temple, & la Ville même de Samarie, long-tems avant la naissance de Jesus-Christ. L'illustre* Cardinal Noris, *au commencement de la Dissertation que nous avons citée plus haut, prouve aussi très-bien, que Naplouse n'étoit point située dans le même endroit où étoit autrefois Samarie, qu'on apella depuis Sebaste; mais qu'elle étoit bâtie sur le terrein qu'occupoit autrefois Sichem. Ce qu'il confirme par un passage de* S. Jerôme, *dans* l'Epitaphe de Ste. Paule, *où il s'exprime de la sorte:* Elle passa à Sichem, qu'on apelle présentement Naplouse, & alla voir une Eglise qui est bâtie à côté du mont Garizim, près de puits de Jacob, &c. Et, partant de-là, elle visita les tombeaux des douze Patriarches, & se rendit à Sebaste, c'est-à-dire, à Samarie, qui fut apellée Sebaste par Herode à l'honneur d'Auguste; *car* Sebaste *en Grec signifie la même chose, qu'* Augusta *ou Latin. Naplouse prit le surnom de Flavienne par raport à Vespasien & à sa famille, & celui d'Aurelienne à cause d'Antonin Caracalla. Voïez là-dessus le même* Noris, *p.* 538. *Il se trouve d'autres Médailles de cette Ville, qui prouvent que le Culte de la Diane Ephesienne y étoit établi; de sorte que le Temple dépeint dans notre Tipe est peut-être celui de cette Déesse, & que l'astre qu'on voit audessus de la montagne, se raporte à Apollon, frere de Diane. Dans la suite, lorsque la Religion Chrétienne fut devenuë la dominante dans l'Empire Romain, l'Empereur Zenon dédia une Eglise à la Sainte Vierge sur le mont Garizim, au raport de* Baronius *sur l'An de J. C.* 530. *Ainsi le Temple, dont il est ici question, fut peut-être alors converti en Eglise, ou du moins cette Eglise de la Vierge fut bâtie sur ses ruines. Mais je ne dois pas oublier de dire ici, qu'il se trouve une semblable Médaille dans le*

Procopius Lib. V. *de AEdificiis Justiniani*, citante *Norisio* libro laudato: *Est in Palaestina urbs Neapolis nomine, prope quam mons altus exsurgit, quem Garizin vocant.* Templum vero hoc, quod cernitur in nummo montis Garizim, ad quod juxta Anonymi scriptoris testimonium apud *Norisium* p. 542. trecentis (qui in nummo exprimuntur) adscendebatur gradibus, non capiendum est de antiquo Jovis Xenii, sive Hospitalis, quod temporibus Regis Syriae Antiochi ibi conditum fuit, sed de Templo recentiore, quum scilicet Neapolis vocata fuerit urbs. Nam & Templum illud Jovis Xenii, & ipsam Samariam funditus deleverat, jam ante Christi Servatoris tempora, Judaeorum Princeps & Pontifex Joannes Hyrcanus. Neapolin quoque non exstitisse illo loco, quo quondam fuit Samaria, quae Sebaste adpellata, & ab Herode condita, ostendit in initio laudatae Dissertationis Eminentissimus Purpuratus; sed in agro Samaritano, eo loco quo quondam Sichem fuerat. Idque firmat *Hieronymi* loco in *Epitaphio S. Paulae*, ubi scribit: *Transivit Sichem, quae nunc Neapolis adpellatur, & ex latere montis Garizim, exstructam circa puteum Jacobi intravit ecclesiam.* &c. *Atque inde divertens, vidit duodecim Patriarcharum sepulcra, & Sebasten, id est Samariam, quae in honorem Augusti, ab Herode Graeco sermone Augusta est nominata.* Cognomina Flaviae & Aureliae adsumsit Neapolis a Vespasiano ejusque familia, atque ab Antonino Caracalla. Vide eumdem *Norisium* p. 538. Apud Neapolitanos Samariae cultum Dianae Ephesiae viguisse adparet ex aliis hujus urbis nummis; ut forsitan Dianae illud sit Templum, atque Astrum ad verticem montis ad Apollinem, Dianae fratrem, referatur. Quare Templum, quod mutato religionis cultu, Imperator Zeno, Virgini Deiparae (teste *Baronio* ad A. Christi 530) in vertice Garizim dedicavit, idem forsitan fuit quod hic depingitur, vel certe ejus loco positum. Sed reticere nequeo

queo quod in magnifico *Comitis Thomſii Muſeo* non ſtellam vel aſtrum hic nummus habeat, ſed exiguum Templum, & veluti Sacellum quoddam. Neapolis adhuc apud Turcas vetus nomen obtinet, & *Naploſa* dicitur.

IV. Exstat ab anteriore parte Caracallae laureatum caput, cum paludamento ad humeros, atque hac inſcriptione: ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ i. e. *Antoninus Auguſtus*. Ab altera parte ſolitum ejus urbis eſt Symbolum, delphinus inter duas pelamides, cum hac epigraphe: ΕΠΙ ΑΙΛίου ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. i. e. *Sub AElio Pontico Byzantiorum.* Typus ille reſpicit ad capturam piſcium, qua abundabat ora maritima juxta Byzantium.

V. Corcyrae nummus juxta Imperatoris caput (uti ex *Muſeo Theupoliano* p. 967. liquet) hanc habet epigraphen: Μάρκος ΑΥρήλιος ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥσέϐης ΑΥγουστος ΒΡΙΤάννικος. i. e. *Marcus Aurelius Antoninus Pius Auguſtus Britannicus.* Scribitur ab altera parte: ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. i. e. *Corcyrenſium*, atque depingitur Pegaſus ad volatum ſeſe adtollens. Inſula Phaeacum antiqua (uti erudito admodum ſcripto nuperrime oſtendit Eminentiſſimus atque doctiſſimus Cardinalis *Maria-Angelus Quirinus*) Corcyra eſt. Accepit eadem Corinthiorum coloniam, teſte *Thucydide* Lib. VII. pag. 526. Κερκυραῖοι, Κορίνθιοι σαφῶς. i. e: *Corcyraei indubitato ſunt Corinthii.* Probant idem eorumdem nummi, ſub Severo praecipue, ejuſque filiis cuſi, atque Pegaſo, noto Corinthiorum (qui nummos ſuos alato iſto pullo inſignire ſolebant) ſymbolo inſigniti.

VI. Magnesiae in Aſia ad Maeandrum fluvium ſequitur nummus, cujus inſcriptio haec eſt: ΕΠΙ ΓΡάμματος ΦΙΛΟΜΗΛΟΥ Β. ΜΑΓΝΗϹΙΩΝ i. e. *Magneſiorum ſub Scriba Philomelo iterum.* Pro typo eſt Iſis tunicata, ſtans cum loto flore in capite, dextra gerens ſiſtrum, laeva ſitulam. Lectionem epigraphes hauſimus ex *Vaillantio*, qui eumdem hunc nummum ex *Reginae Chriſtinae Muſeo* ita legit atque recenſuit p. 104. nam ſculptor praetermiſit illa

le magnifique Cabinet du Comte de Thoms, *ſur laquelle il n'y a point d'étoile ni d'aſtre, comme ſur la nôtre, mais à la place on y voit un petit Temple ou une eſpèce de Chapelle. Naplouſe retient encore ſon ancien nom chez les Turcs, qui l'appellent* Naploſa *dans leur langue.*

IV. La *tête de Caracalla eſt dépeinte couronnée de laurier ſur la premiére face, avec une cotte d'armes ſur les épaules, & avec cette Légende ſur le contour:* Antonin Auguſte. *Le Revers contient le Tipe ordinaire de la Ville de Bizance, ſavoir un dauphin entre deux thons, & on lit cette Inſcription ſur le circuit:* Des Bizantins, ſous Aelius Ponticus. *Ce Tipe regarde la pêche qui faiſoit la principale occupation des Bizantins; parce que la côte de la mer auprès de cette Ville abondoit fort en poiſſons.*

V. La *préſente Médaille a été frappée à Corfou, &* le Cabinet de Theupoli *nous apprend à la p.* 967. *qu'elle porte cette Légende du côté de la tête:* Marc Aurele Antonin, Pieux, Auguſte, Britannique. *L'Inſcription du Revers eſt conçuë de la ſorte:* Des Corcyriens, *c'eſt-à-dire*, des Habitans de Corfou. *Dans le Tipe, Pegaſe eſt dépeint s'élevant dans les airs par le moïen de ſes ailes. Corcyre, autrement l'Iſle de Corfou, eſt l'ancienne Iſle des Phéaciens, comme l'illuſtre & très-ſavant Cardinal* Ange-Marie Quirini *l'a fait voir depuis peu dans un Ecrit plein d'érudition. Cette Iſle fut habitée d'abord par une Colonie qui y fut envoïée de Corinthe, ſelon le temoignage de Thucidide, Liv.* VII. *p.* 526. Les Corcyriens, *dit-il, ſont* indubitablement Corinthiens d'origine. *C'eſt auſſi ce que leurs Médailles, & ſur-tout celles qui ont été frappées ſous l'Empire de Sevére & de ſes fils, ſemblent prouver aſſez clairement; car elles ont toutes pour Tipe un Pegaſe: Or les Corinthiens avoient, comme l'on ſait, coutume de graver ce cheval ailé ſur leurs Médailles.*

VI. La *Médaille dont il s'agit maintenant, apartient à Magneſie, Ville d'Aſie ſur le fleuve Méandre, comme cette Inſcription qu'elle porte en fait foi:* Des Magneſiens, ſous Philomele, Greffier pour la ſeconde fois. *Iſis, revétuë d'une tunique, eſt debout dans le Tipe avec une couronne de Lotus ſur la tête; elle tient un ſiſtre de la main droite & un petit vaſe de la gauche. Nous avons emprunté l'Inſcription qu'on vient de lire, de* Vaillant, *qui la raporte à la p.* 104. *où il décrit la Médaille dont il eſt queſtion ici, comme l'ayant vûë dans* le Cabinet de la Reine de Suede; *car notre Graveur a*

émis

ômis ces mots, ΕΠΙ Γραμματέως, *& il a changé* Philomele *en* Philomene. *Les Médailles des Magnesiens nous font connoître, qu'Isis, Déesse d'Egipte, étoit particulierement honorée dans cette Ville.*

VII. Nice'e *de Bithinie se distinguoit par le Culte qu'elle rendoit à Bacchus. Ainsi cette Corbeille sacrée qui remplit le Tipe de notre Médaille, & d'où sort un serpent, se raporte aux Orgies de Bacchus. La Légende suivante est gravée sur le circuit:* Des Nicéens.

VIII. Celle-ci, *qui apartient encore aux Nicéens, porte la même Inscription que la précédente, & nous apprend que le Culte d'Hercule étoit aussi en usage parmi eux; car on a dépeint dans le Tipe la lutte de ce Heros avec Anthée, qu'Hercule serre fortement contre sa poitrine, après l'avoir enlevé de terre. Il se pourroit aussi qu'on ait voulu faire allusion dans ce Tipe à la fable de Lichas, ce malheureux domestique de Dejanire, qui porta à Hercule la robe teinte du sang ou du venin du Centaure Nessus, sans savoir qu'elle fut empoisonnée; mais Alcide, l'aïant mise sur son corps, devint furieux par la force du poison, & se jetta sur le pauvre Lichas, qui trembloit de frayeur;* &, après lui avoir fait faire trois ou quatre pirouëttes en l'air, il le précipita dans la mer de Negrepont avec plus de force que n'auroit pû faire une machine de guerre. *Métamorph. d'Ovide, Liv.* IX. *v.* 217.

IX. Cette *Médaille doit aussi son origine aux Nicéens, comme on le voit par l'Inscription.* Jean Vaillant *en décrit ainsi le Tipe, à la p.* 106. Une Galere avec ses rameurs, sur la pouppe de laquelle est assis Jupiter; *mais on ne voit point de rameurs dans le dessein de notre Médaille. A la vérité, il y a une figure d'homme nuë, qui est assise à la pouppe, & on remarque sur la prouë une figure enfantine, qui est nuë de même que l'autre: Ce qui fait voir que la Médaille est un peu endommagée par la roüille en cet endroit.*

X. Enfin, *voici une quatrième Médaille des Nicéens, & qui concerne le Culte de Cerès. Cette Déesse y est représentée debout, revétuë d'une longue robe, tenant des épis dans la main droite & une haste dans la gauche.*

XI. Nous *allons voir présentement des Médailles frappées par quelques Villes qui portoient le surnom d'*Ulpie *ou d'*Ulpienne. *La premiére de ces Villes est Nicopolis; mais, parce qu'il y avoit plusieurs Villes de ce nom, elle se distingue des autres en faisant mention du fleuve qui baignoit ses murs. C'est pourquoi on lit cette Inscription sur le contour:* D'Ulpie Nicopolis sur le Mestus. *C'étoit un*

illa ΕΠΙ Γραμματέως, atque scribae nomen *Philomenum* pro *Philomelo* finxit. Cultum AEgyptiae Isidis ibi viguisse Magnetum nummi declarant.

VII. Nicaea, Bithyniae urbs, cultu Liberi Patris clara fuit. Spectat itaque ad orgia Bacchi Cista sacra, quae, erumpente angue ex eadem semiaperta, typum nummi explet, cujus inscriptio est in circuitu: ΝΙΚΑΙΕΩΝ. i. e. *Nicaeensium.*

VIII. Eodem modo quo praecedens, hic eorumdem Nicaeorum inscribitur nummus, Herculei ibidem cultus testis; lucta enim ejus cum Anteo depingitur, quem in sublime raptum, valido nisu pectori suo adstringit; nisi forte ad fabulam de Licha respiciat typus, illum infelicem Deianirae famulum, qui Nessi centauri cruore seu veneno tinctam vestem, pestis inscius, Herculi adtulerat; quare dolore furens miserum & trepidantem Lichan apud *Ovid. Metamorph.* Lib. IX. versu 217.

Corripit Alcides; & terque quaterque rotatum
Mittit in Euboicas, tormento fortius, undas.

IX. Et hic nummus originem Nicaeensibus debet, eorum nomine inscriptus. De typo ita scripsit *Jo. Vaillantius* p. 106. *Triremis cum navigantibus, in cujus puppi sedet Jupiter.* Verum in ipsius nummi pictura remiges non adparent, in puppi figura modo sedet virilis, puerilis itidem nuda consistit in prora, unde adparet nummum ibidem aliquantum esse detritum.

X. Ad Nicaeenses denique & hic nummus spectat, Cereris cultum commendans; stat Dea stolata, dextra demissa tenens spicas, laeva hastam.

XI. Succedunt urbes aliquot cognomine Ulpiae adpellatae; earum prima est Nicopolis. Sed, quoniam plures eo notae erant nomine, situ suo sese a reliquis distinguit, fluvii mentione, quo adluebatur. Legitur itaque in ora nummi: ΟΥΛΠιας ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ ΠΡΟϹ ΜΕϹΤΩ. i. e. *Ulpiae*

piae Nicopoleos ad Mestum. Fluvius hic fuit Thraciae, *Nessus* passim sive *Nestus* a scriptoribus dictus; e regione Thasi insulae in mare effluit & labitur per Bessos, Thraciae feros populos, atque praeter urbem, quam ibidem condidit Trajanus, suoque gentilitio nomine, atque altero a victoriis suis mutuato, adpellavit Ulpiam Nicopolin. Dicta haec fuit ad Mestum sive Nestum, vel Nessum fluvium, ut a reliquis, quemadmodum dixi, distingueretur. Pro typo Justitia Dea est, dextra bilancem tenens, laeva cornucopiae. Ejus enim Deae ibi vigere potuit cultus, a quo feros homines justitiam colere adsuevit optimus Imperator Trajanus.

XII. Sequitur Ulpia Pautalia, ejusdem Thraciae urbs, in Dantheletis, uti notavit Ptolemaeus, sita. Condita sive ornata ab Ulpio Trajano, nomen ejus tulit; unde scribitur in nummo ΟΥΛΠΙΑC ΠΑΥΤΑΛΙΑC. i. e. *Ulpiae Pautaliae.* Typus videtur esse AEsculapius, dracone alato per aëra vectus, in testimonium culti ibidem inventoris Medicinae AEsculapii. Pars anterior (quod discimus ex *Musco Theupoliano*, p. 977.) juxta caput Caracallae laureatum, hanc, sed mutilam ibidem, habet epigraphen: . . . . ΑΥΡήλιος ΑΝΤΩΝΙΝΟC. . . . . . i. e. . . . . . . *Aurelius Antoninus.* . . . . . aerugine erosis reliquis literis.

XIII. Tertia nunc ex Ulpiis occurrit, Serdica adpellata, ut patet ex inscriptione: ΟΥΛΠΙΑC CΕΡΔΙΚΗC. i. e. *Ulpiae Serdicae.* Juxta laureatum Caracallae caput haec legitur epigraphe: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. i. e. *Imperator Caesar Marcus Aurelius Antoninus.* Sic enim nos docet laudatum saepius *Museum Theupolianum* p. 983. Pro typo Pallas est, dextra nixa clypeo humi posito, laeva tenens hastam. Ulpia Serdica & ipsa Thraciae fuit urbs, sive Moesiae, prouti nomina regionum mutata fuerunt. Vide *Christophori Cellarii Geographiam Veterem* Tom. I. p. 594.

XIV. AEsculapii apud Serdicenses

un fleuve de Thrace, apellé communément Nessus, *ou* Nestus *par les Historiens, & aujourd'hui* Nesto. *Il se jette dans la mer vis-à-vis de l'Isle de Tasso; mais il traverse auparavant le païs des Besses, peuples féroces de la Thrace, & passe auprès de la Ville que Trajan fit bâtir en ce païs-là, & qu'il nomma* Ulpie *du nom de sa famille, &* Nicopolis *en mémoire de ses Victoires. On l'apelloit Nicopolis sur le Mestus, ou sur le Nestus, pour la distinguer, comme j'ai dit, des autres Villes du même nom. La Déesse Justice est représentée dans le Tipe; elle tient une balance de la main droite, & une corne d'abondance dans la gauche. Peut-être que le bon Empereur Trajan avoit établi dans cette Ville le Culte de cette Déesse, pour adoucir l'humeur féroce de ce peuple, & pour leur apprendre à respecter les loix de la justice & de l'équité.*

XII. On *lit sur cette Médaille le nom* d'Ulpie Pautalie, *autre Ville de la Thrace, qui étoit située dans le païs des Danthelites, comme le marque Ptolomée. Elle avoit été bâtie, ou du moins embellie par Trajan; c'est pourquoi elle porta son nom, ainsi que le témoigne l'Inscription de notre Médaille. Le Tipe semble représenter Esculape porté dans les airs par un dragon ailé, pour marquer sans doute que les Pautaliens rendoient des hommages religieux à l'Inventeur de la Médecine. On trouve dans le* Cabinet de Theupoli, *à la p.* 977., *une partie de la Légende qui étoit gravée autour de la tête de Caracalla, couronnée de laurier. Voici ce qui reste de cette Légende:* . . . . Aurele Antonin . . . .; *car le reste a été mangé par la roüille.*

XIII. Voici *une troisième Ville Ulpienne, surnommée Serdique, comme on le voit par cette Inscription:* D'Ulpie Serdique. *Autour de la tête de Caracalla, qui est couronnée de laurier, on trouve la Légende suivante:* L'Empereur César Marc Aurele Antonin; *comme on le peut voir dans le* Cabinet *que nous avons déja cité tant de fois, je veux dire celui de* Theupoli, *à la p.* 983. *Pallas est dépeinte dans le Tipe; elle s'appuïe de la main droite sur un bouclier, qui touche la terre par un bout, & elle tient une pique de l'autre main. Ulpie Serdique étoit aussi une Ville de Thrace ou de Moesie, selon que les noms de ces Provinces ont changé. On peut consulter là-dessus la* Geographie ancienne de Christophe Cellarius, *Tome* I. *p.* 594.

XIV. Cette *seconde Médaille d'Ulpie Serdique*

dique nous fait connoître, que cette Ville rendoit un Culte public à Eſculape. Ce Dieu y eſt repréſenté debout & nud, s'appuïant de la main droite ſur un bâton qui eſt entortillé d'un ſerpent; mais je doute ſi ce Dieu eſt depeint ſans barbe ſur la Médaille même, ainſi qu'il l'eſt dans le deſſein. L'Inſcription du Revers eſt ſemblable à celle de la précédente. La Légende de la tête eſt auſſi la même; car on trouve encore une ſemblable Médaille dans le Cabinet de Theupoli *p.* 982.

XV. Il *ſe préſente ici une quatrième Ville avec le ſurnom d'Ulpienne, ſavoir Topire, qui étoit pareillement ſituée dans la Thrace, ſur le fleuve Neſſus ou Meſtus, comme je crois, & fort peu éloignée de la mer. C'eſt pourquoi* Procope *au Liv.* III. *de la Guerre Gothic. Chap.* 38. *l'apelle* Παραθαλασσία, *& dit qu*'il y avoit une garniſon, & qu'elle étoit la premiére ou la principale des Villes maritimes de la Thrace. *D'un autre côté, ſi je place Topire ſur le fleuve Neſſus ou Meſtus, je le fais ſur l'autorité de deux Médailles de cette Ville, dont l'une a été frappée ſous Antonin Pie, & l'autre ſous Marc Aurele. La premiére porte l'Inſcription ſuivante, chez* Vaillant *p.* 46: Des Topirites. *Le Tipe eſt une figure de fleuve ſans barbe, couché ſur le côté, tenant une corne d'abondance de la main droite, & s'appuïant de la gauche ſur une urne de laquelle il verſe ſes eaux. L'Inſcription de la ſeconde contient auſſi le nom* des Topiréites, *comme on le peut voir dans le même Auteur, p.* 48*; mais le Tipe repréſente un fleuve aſſis ſur des monticules, qui tient un roſeau de la main droite, & qui s'appuïe de la gauche ſur une urne d'où ſes eaux découlent. Mais, quoiqu'il y ait pluſieurs Médailles de Topire, qui prit le ſurnom d'Ulpienne en mémoire de Trajan ſon bienfaiteur, & que parmi ces Médailles les unes deſignent ſa ſituation comme voiſine de montagnes éſcarpées, & que les autres indiquent le Culte que ſes habitans rendoient à Hercule & à d'autres Divinités, il n'y a pourtant que celle-ci ſur laquelle on remarque deux ſtatuës équeſtres, placées auprès d'un Temple à quatre colomnes, l'une d'un côté & l'autre de l'autre. Ces deux figures ont la main droite élevée, ce qui ſur les Médailles ſignifie ordinairement l'arrivée de l'Empereur. J'en conjecture donc que les Topirites, pour conſacrer la mémoire de l'arrivée de Sevére & d'Antonin Caracalla en leur Ville, lorſque ces Princes paſſerent par la Thrace pour ſe rendre en Orient, leur érigerent des ſtatuës équeſtres, & qu'ils firent bâtir un Temple à l'honneur de Sevére. Si ce n'eſt qu'on aime mieux*

ſes eoſdem cultum docet alter ejus urbis ab Ulpio Trajano conditae ſive auctae nummus. Stat enim in illo Deus ille nudus, (qui utrum inberbis in nummo ſit, ſicuti in pictura, dubito,) dextra nixus baculo, cui ſerpens circumvolvitur. Epigraphe ſimilis eſt praecedenti, & juxta caput Imperatoris laureatum legitur plane eadem inſcriptio, quae in praecedente occurrit; nam & ſimilem huic nummo ſervat *Muſeum Theupolianum* p. 982.

XV. Nova occurrit urbs *Ulpiae* cognomine, videlicet Topirus, Thraciae pariter urbs, ad Neſſum ſive Meſtum fluvium (uti credo) ſitum, haud longe a mari. Παραθαλασσίαν idcirco vocat *Procopius* Lib. III. Gothic. Cap. 38. quam dicit φρουρὰν ἔχουσαν, ἡ πρώτη μὲν Θρᾳκῶν καὶ παραλίων ἐστί. *praeſidium habentem, quae prima eſt urbium maritimarum Thraciae.* Quod ad Neſſum ſeu Meſtum fluvium ſitum Topiri collocem, facio auctoritate duorum ejus oppidi nummorum, ex quibus alter ſub Antonino Pio cuſus eſt, alter ſub Marco Aurelio. Prior ex his apud *Jo. Vaillantium* p. 46. inſcribitur: ΤΟΠΕΙΡΙΤΩΝ. i. e. *Topiritarum.* Typus eſt Fluvius inberbis decumbens, dextra cornucopiae tenens, laeva innitens urnae aquas vomenti. In poſteriore ibid. p. 48. ſcribitur: ΤΟΠΕΙΡΕΙΤΩΝ. i. e. *Toperetarum.* Depingitur vero Fluvius inſidens monticulis, dextra tenens arundinem, laeva innixus urnae aquas vomenti. Etſi vero plures urbis Topiri, a benefactore ſuo Ulpiae cognomine inſignitae, occurrant nummi, ex quibus nonnulli ſitum ejus ad aſperos montes videntur docere, alii cultum Herculis & alia ſacra indicent, nullus tamen praeter hunc occurrit, qui juxta Templum tetraſtylum ab utraque parte figuram exhibet equo inſidentem. Illae quidem, ut adparet, dextras adtollunt, quo typo adventus Imperatoris exprimi ſolet. Unde ſuſpicor Topiritanos adventum Severi atque Antonini ſive Caracallae, quum in Orientem per Thraciam proficiſcerentur, celebrare voluiſſe, eamdemque conſecrare, ſtatuis equeſtribus, baſibus ſuis inpoſitis, in eorumdem honorem erectis, Temploque Seve-

Severo Imperatori conſecrato. Niſi quis malit, fratres Antoninos, Caracallam & Getam, veluti Dioſcuros, a Topiritis, in hoc nummo expreſſos, unoque in Templo cultos fuiſſe. Inſcriptio nummi eſt; ΟΥΛΠΙΑC. ΤΟΠΙρυ. i. e. *Ulpiae Topiri.*

XVI. Post quatuor urbes diverſas, Ulpiarum cognomine inſignes, Imperatoris Ulpii Trajani monumenta, ad Perinthios tranſimus: qui valde devoti fuerunt domui Septimii Severi, utpote pluribus ab illo acceptis beneficiis erecti. In hoc nummo, a parte anteriore, Caracallae exhibetur caput. Verum contigit mihi in Antiquariorum ſcriptis obſervare duos Perinthiorum nummos, eodem in averſa parte nummi typo, eademque inſcriptione inſignitos, tempore tamen diverſo cuſos; alter enim, uti ex inberbi Caracallae facie patet, vivente patre Severo ſignatus fuit; alter barbatum exhibet Caracallam, atque, mortuo jam Severo, filio ejus Imperatori dedicatus fuit. Prior ex hiſce vulgatus fuit a praeſtantiſſimo quondam in hac Antiquitatis parte viro, nuper cum inſigni ejuſdem ſtudii jactura defuncto, amico meo, *Philippo Bonaroto*, in libro plane inſigni, quem Italice ſcripſit, & inſcripſit: *Oſſervationi Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni Antichi*, Romae edito, anno 1698. In eo libro, in quo, ſumma arte, atque ad veram ſimilitudinem accuratiſſima cura, utpote ipſius *Philippi Bonaroti* (antequam in aes inciderentur) delineati exhibentur nummi, occurrit Caracallae hoc Numiſma Tab. VIII. Num. 3. Caput ibi Caracallae juvenile ſatis, atque ſine barba, dextrorſum vertitur, atque corona radiata inſignitur, ſic tamen, ut ad frontem emicent folia laurus, quae indicant ſub radiata corona lauream quoque capiti circumdatam fuiſſe. Legitur in circuitu: ΑΥΤοκράτωρ Μάρκος ΑΥΡήλιος CΕΟΥΗΡος ΑΝΤΩ. . . i. e. *Imperator Marcus Aurelius Severus Antoninus*, deletis aerugine poſtremis aliquot literis. At vero in *Muſeo Farneſiano*, in quo alterum hujus generis Numiſma deprehendi Tab. XIX. Num. 2. laevorſum ver-

mieux dire que les deux fréres Antonins, Caracalla & Geta, ſont ici repréſentés à la façon des Dioſcures; & que les Topirites leur avoient dédié ce Temple à tous deux en commun. Voici ce que porte l'Inſcription de la préſente Médaille: De Topire Ulpienne.

XVI. Apre's *avoir parlé de quatre Villes différentes qui porterent le ſurnom d'Ulpiennes, en mémoire de l'Empereur Ulpius Trajan, nous paſſons maintenant aux Perinthiens, qui furent très-attachés à la Maiſon de Sevére, en reconnoiſſance de pluſieurs bienfaits qu'ils avoient reçus de ce Prince. La tête de Caracalla eſt gravée ſur la premiére face de cette Médaille; mais il m'eſt arrivé de remarquer dans les Ecrits des Antiquaires deux Médailles des Perinthiens, qui portoient le méme Tipe & la même Inſcription ſur le Revers, quoiqu'elles euſſent été frappées en divers tems: car l'une avoit été frappée du vivant de Sevére, comme il paroit aſſez par la face de Caracalla encore jeune & ſans barbe; & l'autre repréſente la tête de ce Prince avec de la barbe, ce qui montre, qu'elle lui fut dediée après la mort de ſon pere. La premiére de ces deux Médailles a été publiée par un homme qui excelloit dans la connoiſſance des Médailles, & dont la mort, arrivée depuis peu, mérite les regrets de tous ceux qui ont du goût pour ce genre d'étude: je veux parler de* Philippe Buonarotti, *qui étoit fort de mes Amis. Cet habile Antiquaire, dis-je, a publié la premiére des deux Médailles en queſtion, dans un excellent Livre qu'il a écrit en Italien & qui a pour titre:* Oſſervationi Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni Antichi. *Ce Livre a éte imprimé à Rome, en 1698. Les Médailles qui entrent dans le corps de cet ouvrage, ſont deſſinées avec un art & une exactitude admirables:* Buonarotti *n'ayant rien negligé pour les faire graver dans toute la perfection poſſible. Or, pour revenir à la Médaille de Caracalla dont il s'agit, elle ſe trouve à la Planche* VIII, *de ce bel Ouvrage, N°.* 3. *La tête de ce Prince y eſt dépeinte avec des traits aſſez jeunes & ſans barbe; elle eſt tournée vers la droite, & ornée d'une couronne radiale, mais de ſorte néanmoins qu'on aperçoit ſur ſon front des feüilles de laurier: ce qui indique que, ſous la couronne radiale, il y en avoit encore une autre de laurier. On lit ſur le contour:* L'Empereur Marc Aurele Sevére Antonin. *A la verité, il y a quelques lettres de ce dernier mot qui ſont effacées. J'ai trouvé la ſeconde de ces Médailles en queſtion dans* le Cabinet Farnè-

Eee ſe,

ſe, *Planche* XIX. *N°.* 2. *La tête de Caracalla y eſt dépeinte avec de la barbe, & regarde vers la gauche : de plus, elle porte une couronne de laurier, mais il en ſort quatre raïons de deſſous cette couronne; au lieu que dans le deſſein de* Buonarotti *la couronne radiale, qui eſt par-deſſus celle de laurier, eſt compoſée de ſix raïons. Voici ce que contient la Légende qui eſt ſur le contour :* L'Empereur Céſar Marc Aurele Sevére Antonin. *J'ai remarqué que les deux Lettres* H P, *dans le nom de Sevére, ſont jointes enſemble ſur les deux Médailles; elles ne ſont pourtant pas ſorties du même moule, vû qu'elles different d'ailleurs ſi fort l'une de l'autre. Je ne ſai laquelle de ces deux têtes doit être attribuée à notre Médaille : peut-être même qu'elles ne lui conviennent ni l'une ni l'autre; car les deux Médailles dont nous venons de parler, apartiennent à la claſſe des Médaillons, au lieu que la nôtre ne peut avoir rang que parmi les Médailles de Bronze du premier module.*

Cependant, le Tipe & l'Inſcription du Revers ſont entierement ſemblables dans ces trois Médailles. Ce Tipe eſt une table ſacrée à quatre pieds, avec deux urnes, de chacune deſquelles il ſort un rameau de Palme. Sous la table il y a ſix petites boules, ou ſix pommes, avec un vaſe ou un pot à anſe. Au bas de ce Tipe on lit ces mots: Les Jeux Actiens, Pythiens; *& les paroles ſuivantes ſont écrites ſur le contour :* Des Perinthiens Néocores. *Les Jeux ſacrés des Perinthiens, c'eſt-à-dire leurs Jeux Actiens & Pythiens, ſont aſſez connus; & de plus, nous en avons parlé ci-deſſus, Planche* XXV, *N°. penultième, en expliquant une Médaille de Sevére, dont le Tipe eſt ſemblable à celui-ci; car cet Empereur, comme nous avons dit au même endroit, avoit comblé les Perinthiens d'honneurs & de privileges, & avoit fort abaiſſé les Bizantins, qui s'étoient déclarés pour Niger.*

XVII. Pessin, *Ville de la Galatie, a frappé cette Médaille, comme le témoigne cette Inſcription:* Des Peſſinontiens. *Il y a dans le Tipe une figure de femme, qui eſt debout & vétuë d'une longue robe; elle tient une patére de la main droite, & des épis dans la gauche. Je ne doute pas que ce ne ſoit Cerès, & je croirois aiſément que les Peſſinontiens ont eu deſſein de repréſenter dans ce Tipe Julie Domna, mere de Caracalla, ſous la figure de cette Déeſſe.*

XVIII. Celle-ci *apartient à Pompeïopolis, Ville ainſi nommée en mémoire du Grand Pompée. On y lit l'Inſcription ſuivante:* Des Pompeïo-

vertitur barbatum Caracallae caput, habetque illud lauream coronam, ſic ut ſubtus emicent quatuor radii, quum in pictura *Bonarotiana* ſupra lauream poſita radiata corona ſex oſtendat radios. Inſcriptio in circuitu ita concipitur: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος ϹΕΟΥΗΡος ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. i. e. *Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Antoninus.* In utroque nummo connexas obſervavi literas HP. in Severi nomine, quum tamen nequaquam ex una prodierint matrice, imo plane diverſa ſint numiſmata. Quaenam capitis pars *Chriſtinae Reginae* nummo ſit adplicanda, mihi non liquet. Imo duo illa, de quibus locutus ſum, Numiſmata, ad Medalliones pertinent, quum noſter ad primum inter aereos modulum referatur.

Averſae tamen partis typus atque inſcriptio eadem in tribus invenitur, Menſa videlicet ſacra, quadrupes, cum duabus urnis, ex quibus totidem emicant palmae rami; ſub Menſam ſex ſunt globuli, ſive poma, & vas anſatum; legitur quoque ſubtus: ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. & in circuitu: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. i. e. *Actia Pythia Perinthiorum Neocororum.* De Sacris Perinthiorum Neocororum ludis, Actiis atque Pythiis, res nota eſt, deque iis actum ſupra ad ſimilem Septimii Severi nummum, Tab. XXV, Nummo penultimo. Depreſſis enim Byzantinis, qui pro Nigro ſteterant, multis beneficiis & honoribus Perinthios cumulaverat Severus.

XVII. Galatiae civitas Peſſinus hunc ſignavit nummum, cujus inſcriptio eſt: ΠΕϹϹΙΝΟΝΤΙΩΝ. i. e. *Peſſinuntiorum.* Stat figura muliebris ſtolata, dextra tenens pateram, laeva demiſſa ſpicas. Cererem eſſe non dubito, atque ſub ejus imagine adumbratam a Peſſinuntiis exiſtimo Caracallae matrem Juliam Domnam.

XVIII. Pompeiopolis in Pompeji Magni memoriam vocatur civitas, ad quam hic nummus pertinet.

net. Inſcribitur enim: ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. atque additur ſubtus aerae ejuſdem civitatis annus BΠC. i. e. *Pompejopolitarum*, *anno* 282. Typus nummi haud vulgaris eſt, videlicet Minerva galeata atque tunicata, dextra gerens victoriolam, laeva haſtam, ad cujus imum ſtat clypeus; ſed luna falcata juxta humeros Deae, tamquam in imagine Dei Luni, cernitur. Ratio typi ſingularis mihi non alia eſſe videtur, quam adulationis nova ſpecies erga Juliam Domnam, Imperatoris matrem, mulierem ambitioſiſſimam. Hanc enim, quae *Mater Caſtrorum* in nummis ex Senatus conſulto Romae cuſis, imo & argenteis, vocari ſolet; quaeque in iiſdem *Lunae Luciferae* adpellatione & numine clareſcit, uno ſimul typo, atque mixtis Dearum ſymbolis, exprimere videntur voluiſſe Pompejopolitae. Inhabitabant illi antiquam Ciliciae urbem Soluntem, ſed mutato nomine Pompejopolim dictam; quum videlicet illam piratis, qui ad obſequium redierant, culpam deprecantibus, inhabitandam conceſſerat Pompejus Magnus. Ab illo itaque urbem ſuam cognominarunt, & illius quoque caput ſignarunt in rarioribus nummis, qualem ipſe inſignem valde, adpoſita nova urbis aera, ſervo. Ejuſdem aerae annus huic Imperatoris Caracallae quoque nummo adſcribitur, ex quo diſcimus, quo tempore nova novae urbis, ſive inſtauratae per Pompejum, epocha inceperit, videlicet anno U. C. 687. Meum cum capite Pompeji Magni, atque ſedente cum victoriola Minerva, niſi malis, Roma Victrice, vulgavi ad Oroſii Librum VI. Cap. 6. p. 378.

XIX. Agmen Graecorum Caracallae nummorum in hac Tabula claudunt ſex Ciliciae urbis nobiliſſimae Tarſi. In eorundem primo ſedet ante arborem figura muliebris, cum modio in capite, dextram manum tenet ſuper urnam, quae ante eandem collocata eſt, laeva cornucopiae habet. Legitur partim in area, partim in circuitu, atque

peïopolitains. *Ces lettres*, BΠC, *qui ſont écrites au bas, nous apprennent en quelle année de l'ere de cette Ville la préſente Médaille a été frappée, ſavoir*, l'An 282. *Le Tipe eſt aſſez remarquable: c'eſt une Minerve armée d'un caſque & vétuë d'une tunique; elle porte une petite Victoire ſur la main droite, & tient de la gauche une haſte, au bas de laquelle eſt un bouclier. De plus, au-deſſus des épaules de la Déeſſe on remarque un croiſſant de Lune, de même que dans les figures qui repréſentent le Dieu Lunus. Je ne vois pas d'autre raiſon qui ait pû engager les Pompeïopolitains à faire graver ce Tipe ſur leur Médaille, que le déſir de gagner les bonnes graces de Julie Domna, par quelque nouveau genre de flatterie. Car, de même qu'elle eſt apellée* la Mere des Soldats *ſur des Médailles de Bronze frappées à Rome par ordre du Sénat, & même ſur des Médailles d'argent, & qu'on lui donne ſur ces mêmes Médailles le titre & les ſimboles de* la Lune Porte-Lumiere; *il ſemble auſſi que les Pompejopolitains aïent voulu raſſembler ici tous ces ſimboles dans un ſeul Tipe, pour les attribuer à la même Julie. Les Pompeïopolitains habitoient une ancienne Ville de la Cilicie, apellée Solonte, mais qui fut depuis nommée Pompeïopolis, à cauſe que le Grand Pompée avoit accordé cette Ville pour habitation aux Pirates qui étoient rentrés dans leur devoir, en demandant pardon de leur revolte. C'eſt pourquoi ils donnerent ſon nom à leur Ville, & firent graver ſa tête ſur des Médailles qui ſont fort rares. J'en conſerve une de cette ſorte, qui eſt fort belle, & ſur laquelle la nouvelle époque de cette Ville eſt marquée. L'année de cette époque eſt auſſi écrite ſur la préſente Médaille de Caracalla; par où nous apprenons en quel tems a commencé l'ere de la dite Ville, depuis qu'elle porta le nom du grand Pompée, ſavoir, l'an* 687. *de Rome. Quant à celle de mon Cabinet, ſur laquelle la tête du grand Pompée eſt gravée d'un côté, & de l'autre Minerve, ou peut-être la Ville de Rome, avec une petite Victoire, je l'ai publiée dans mes notes ſur Oroſe, Liv.* VI. *Chap.* 6. *p.* 378.

XIX. Les *ſix dernieres Médailles de cette Planche, qui nous reſtent encore à expliquer, ont été frappées à Tarſe, Ville très-conſiderable de la Cilicie. Dans celle qui ſe préſente à la tête des autres, on voit une figure de femme aſſiſe devant un arbre, avec un boiſſeau ſur la tête: elle poſe la main droite ſur une urne, qui eſt vis-à-vis d'elle, & tient une corne d'abon-*

dance de l'autre main. L'Inſcription ſuivante eſt gravée en partie dans le champ, & en partie ſur le contour & au bas de la Médaille : De Tarſe, Antoninienne, Sévérienne, Adrianienne, Métropole & la ſeule premiére de la Cilicie. Par Décret de Senat. *C'eſt ainſi que* Jean Vaillant, *p.* III. *lit l'Inſcription de cette Médaille. Il l'explique enſuite & l'éclaircit par ces paroles tirées de* Dion Chriſoſtome : Vous êtes en poſſeſſion, ô Citoyens de Tarſe, de tenir le premier rang parmi cette Nation. *Mais, de plus, au-deſſous de l'arbre, il y a ſix lettres qui ont échapé aux yeux de* Vaillant. *Ces lettres forment le mot de* KOINON, *qui paroit d'abord ſignifier* Communauté *ou* Societé ; *mais ſur d'autres ſemblables Médailles de Caracalla, au lieu de* KOINON, *on lit* KOINOB. *c'eſt-à-dire,* KOINOBουλιον. *J'en ai vû deux de cette ſorte, ſur leſquelles la figure de femme, qui eſt aſſiſe devant une urne, eſt dépeinte de la même maniére que ſur celle-ci : l'une eſt une Médaille de petit Bronze, & l'autre eſt une Médaille d'argent du grand module. Celle d'argent, qui ſe trouve dans le* Cabinet du Roi très-Chrétien, *a été publiée par* André Morel *dans ſon* Specimen, *Planche* IV. *N°.* 5. *&* 6. *Celle de petit Bronze a été deſſinée par* Charles Patin *dans le livre que nous avons déja cité pluſieurs fois, p.* 248. ; *mais ſon Inſcription n'eſt pas entiere, & il y manque quelques lettres. Enfin* Haym, *dans ſon* Thréſor Britannique, *Tom.* II. p. 245. *N°.* 2. *a publié une troiſiéme Médaille qui porte la même Inſcription. La tête de Caracalla eſt dépeinte ſur la premiére face de toutes ces Médailles. On voit auſſi ſur les deux premiéres cette ſtatuë de femme, qui eſt aſſiſe devant une urne ; mais la troiſiéme, c'eſt-à-dire celle de* Haym, *repréſente un coloſſe ou une fort grande ſtatuë de femme, qui eſt voilée & debout entre deux Temples. On lit très-diſtinctement ſur la premiére & ſur la troiſiéme ce mot,* KOINOBOYΛION, *qui ſignifie* le Sénat *ou* le Conſeil public ; *& même celle du* Cabinet du Roi, *que* Morel *a publiée, ajoute,* de la Ville libre de Tarſe. *Caracalla avoit fait Tarſe Ville libre, & le Sénat avoit confirmé par un décret le privilege accordé par l'Empereur. Les Habitans de Tarſe avoient acquis par-là le droit de ſuffrage dans*

atque inferiore parte nummi haec inſcriptio : ANTΩNEINIANHC CEOYHρειης AΔΡειανης MHTPOΠόλεως TAPCOY A Μόνης Κιλικίας Γραφῇ Βουλῆς. i. e. *Antoninianae Severianae Hadrianae Metropoleos Tarſi, Primae Solae Ciliciae. Decreto Senatus* Sic enim nummum hunc ſimileſque legit *Jo. Vaillantius* p. III. eamque inſcriptionem illuſtrat ex *Dionis Chryſoſtomi* verbis : *Vobis enim obtigit, viri Tarſenſes, ut primi ſitis in hac gente.* Verum inſuper ſub arbore ſunt ſex literae, quae *Vaillantii* effugerunt induſtriam, KOINON. quae *Commune* ſive *Communitatem* ſignificare videntur, pro qua voce in aliis nummis Caracallae legitur : KOINOB. id eſt KOINOBουλιον. In duobus ejuſmodi depingitur ante urnam ſedens figura muliebris, eodem geſtu quo in hoc nummo viſitur. Alter ex illis aereus eſt minoris moduli, alter argenteus maximi moduli. Argenteum ex *Theſauro Regis Chriſtianiſſimi* vulgavit *Andreas Morellius* in ſaepius laudato *Specimine* Tab. IV. Num. 5. & 6. Aereum minorem, ſed cum corrupta inſcriptione, mancíſque aliquot literis, invenies in Libro *Caroli Patini* ſaepius quoque laudato p. 248. Denique tertius cum ejuſmodi inſcriptione occurrit, ab *Haimio* prolatus in *Theſauro Britannico* Tomo II. p. 245. Num. 2. Omnes Caracallae habent caput a parte anteriore, & duo quidem priores muliebrem illam figuram ſedentem ante urnam ; ſed tertius, ſive *Haymianus*, Coloſſum exhibet mulieris velatae, ſtantis inter duo Templa. Legitur clariſſime in primo & tertio vox integra KOINOBOYΛION. i. e. *Senatus*, & quidem in Regio, quem *Morellius* vulgavit KOINOBOYΛION EΛEYΘέρας TAPCέως. i. e. *Senatus* ſeu *Commune Concilium liberae Tarſeos.* Liberam Tarſum fecerat Caracalla, atque Imperatoris liberalitatem decreto ſuo confirmaverat Senatus Romanus. Per illam libertatem jus ſuffragii Tarſenſes adepti fuerant, uti ſuos ipſi eligerent Magi-

Magiſtratus. Adeoque illud jus exprimitur per urnam, cui ſuffragii teſſeram inmittit figura muliebris ſedens, ipſius Tarſi ſymbolum. Obſervatur autem in Smyrnae urbis nummulis aeneis parviſque, cujus generis plures poſſideo, idem typus mulieris ſedentis, atque teſſeram ſuffragii in urnam ante ſe conſtitutam, inmittentis. Quod pariter ſymbolum juris ſuffragii & ſuorum eligendorum magiſtratuum eſſe exiſtimo, reſpectu urbis Smyrnae. Lectionem itaque integram Antoniniani hujus nummi ſic ordino & conſtituo: ΚΟΥΝΟΒούλιον ΤΑΡϹΟΥ ΑΔΡιάνης ϹΕΟΥΗρίνης ΑΝΤΩΝΙΑΝΗϹ (ſcribe ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗϹ) ΜΗΤΡοπόλεως Α. Μόνης Κιλικίας (pro literis Α. Μ. Κ. ut in aere evaneſcentibus, punctula ſunt in pictura) Γνώμη vel Γραφῇ Βουλῆς. i. e. *Senatus*, ſive, *Commune Concilium Tarſi Adrianiae, Severiae, Antoninianae, Metropoleos primae ſolae Ciliciae. Decreto Senatus.*

XX. Hydram ſeptem capitibus minacem in hoc Tarſi urbis nummo oppugnat Hercules, toto corpore nudus, laeva manu leonis ſpolia atque arcum tenens, dextra vero clavam adtollens. Ex inſcriptione, quam integram & priori ſimilem adtulit *Jo. Vaillantius* pag. 111. ex *Muſeo Comitis Lazari*, in hoc nummo tantum invenitur: ΤΑΡϹΟΥ. . . . . ΝΗϹ ϹΕΟΥΗΡΙΑΝΗϹ i. e. *Tarſi. . . . Antoninianae, Severianae.* Ut tamen alium atque diverſum nummum putem ab illo quem citat *Vaillantius*, faciunt literae inter pedes Herculis divaricatos conſpicuae: Δ. Ε. Κ. quae ſignificant Tribuniciam Poteſtatem vigeſimam, ultimumque imperii Caracallae annum.

XXI. Et in hoc nummo nota Tribuniciae Poteſtatis invenitur, ſed octavae, quae turbaret apud imperitos lectionem averſae partis, niſi, quemadmodum in praecedente nummo, connecteretur cum epigraphe partis anterioris. Illa vero cum his literis conjuncta haec eſt: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑῖσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒαστὸς Πατὴρ Πατρίδος Δημαρχικῆς Ἐξουσίας Η. i. e. *Imperator Caeſar Marcus Aurelius Severus Antoninus Auguſtus Pater Patriae,*

dans les élections de leurs Magiſtrats; & ce droit eſt exprimé dans notre Tipe par ce billet ou bulletin, que la figure de femme aſſiſe, qui eſt ici le ſimbole de la Ville de Tarſe, met dans une urne. On remarque auſſi le même Tipe ſur beaucoup de Médailles de Smirne en petit Bronze, ſavoir une figure de femme aſſiſe, qui met un billet de ſuffrage dans une urne qui eſt devant elle. Je poſſede pluſieurs de ces Médailles, & je crois que c'eſt un ſimbole qui indique pareillement que la Ville de Smirne avoit droit d'élire ſes propres Magiſtrats. Voici donc, ſelon moi, comme il faut lire l'Inſcription de notre Médaille, & arranger les mots qui la compoſent: Le Sénat, *ou* le Conſeil public de la Ville de Tarſe, Adrianienne, Sevérienne, Antoninienne, Metropole & la ſeule premiére de la Cilicie. Par Décret du Sénat.

XX. Dans *cette ſeconde Médaille de la Ville de Tarſe, Hercule combat l'Hydre à ſept têtes du marais Lernéen. Ce Héros eſt dépeint nud, tenant les dépoüilles d'un lion & un arc de la main gauche, & élevant ſa maſſuë de la droite. L'Inſcription eſt defectueuſe dans notre deſſein, & il n'en reſte plus que ces mots:* De Tarſe . . . . . . Antoninienne, Sevérienne: *mais* Jean Vaillant *la raporte entiere à la p.* 111, *où il témoigne l'avoir copiée ſur une Médaille du* Comte Lazare; *elle eſt ſemblable à celle de l'Article précedent. Je crois pourtant que notre Médaille eſt différente de celle que cite* Vaillant; *& ce qui me le perſuade, c'eſt qu'entre les pieds d'Hercule, qui ſont écartés l'un de l'autre, on aperçoit ces lettres* Δ. Ε. Κ., *qui ſignifient la vingtième Puiſſance Tribunicienne de Caracalla, laquelle répond juſtement à la derniere année de ſon Empire & de ſa vie.*

XXI. La *Puiſſance Tribunicienne de Caracalla ſe trouve auſſi marquée ſur le Revers de celle-ci, ſavoir la huitième: ce qui pourroit embaraſſer ceux qui ne ſont pas encore bien avancés dans la connoiſſance des Médailles, s'ils n'étoient pas avertis qu'il faut joindre ces lettres avec la Légende de la tête, & lire enſuite toute l'Inſcription de la maniére ſuivante:* L'Empereur Céſar Marc Aurele Sevére Antonin, Auguſte, Pere de la Patrie, Joüiſſant de ſa VIII. Puiſſance Tribunicienne. *La tête de Caracalla eſt ici dépeinte avec une cou-*

 ronne

ronne de laurier & avec de la barbe ; il a de plus une cotte d'armes ſur les épaules, & une cuiraſſe ſur le dos ; ainſi que nous l'apprennent les Médailles de Piſani, *ou du* Cabinet de Corrari, *Planche* XLIV. *N°.* 1. *& comme on le voit par le Catalogue des Médailles du* Cabinet de Theupoli, *p.* 985. *Le Tipe repréſente un lion qui marche.*

XXII. L'Inscription *de cette Médaille eſt ſemblable à celles des deux précédentes, ſi-non qu'il n'y eſt pas fait mention de la Puiſſance Tribunicienne ; mais le Tipe eſt fort ſingulier, car on y voit une figure à deux têtes, ſur un char tiré par deux taureaux ou deux bœufs : cette figure eſt vétuë d'une tunique ou de la robe apellée* Stola, *avec un croiſſant de Lune au-deſſus des épaules ; elle tient les rennes de la main droite, mais il n'eſt pas facile de diſtinguer ce qu'elle tient de la gauche. Vaillant a décrit ce Tipe de la ſorte à la p.* 112. Diane, avec un croiſſant de Lune qui paroit au-deſſus de ſon épaule, conduit un char tiré par deux taureaux. *Mais, s'il en faut croire* Santi-Bartholo, *cette figure a deux viſages, & il y a beaucoup d'apparence que c'eſt un viſage d'homme d'un côté & de l'autre un viſage de femme, (de même que ſur les Médailles de Tenedos;) car une de ces faces a de la barbe & l'autre n'en a pas. Comme nous n'avons point cette Médaille entre les mains pour la conſulter, il me ſemble que nous devons plûtôt nous en raporter en cette occaſion à* Santi-Bartholo, *qui n'a pû deſſiner cette Médaille, ſans l'avoir long-tems conſiderée, que non pas à* Vaillant, *qui n'a fait, pour ainſi dire, que la regarder en paſſant, & autant qu'il étoit néceſſaire pour en copier l'Inſcription. Ainſi, adoptant en cette rencontre le deſſein que nous avons devant les yeux, nous diſons que c'eſt un Panthéon de Jupiter & de Diane Porte-lumiere. Il eſt très-probable que ceux de Tarſe ont voulu dépeindre ici Caracalla ſous les traits de Jupiter ; & que la Diane Porte-lumiere, qui, comme je crois, tient une torche de la main gauche, eſt une figure ſimbolique qui déſigne Julie Domna mére de cet Empereur, par une flatterie ſemblable à celle des Pompeïopolitains, comme nous l'avons vû dans cette Planche même, N°.* XVIII.

XXIII. Nous *avons emprunté la Légende de cette Médaille du* Cabinet de Theupoli, (*Cabinet aſſûrément très-riche & digne d'un grand Prince:*) *on la trouve à la p.* 985, *& en voici le contenu:* L'Empereur Céſar Marc Aurele Sevére

triae, *Tribunicia Poteſtate* VIII. Depingitur autem Caracallae caput barbatum & laureatum cum paludamento atque lorica ad humeros & tergum, prouti nos docent *Numiſmata Piſana* ſive *Muſei Corrariani* Tab. XLIV. Num. 1. atque patet ex recenſione Numiſmatum *Muſei Theupoliani* p. 985. Pro typo autem eſt Leo gradiens.

XXII. Inscriptio hujus nummi ſimilis eſt iis quae modo praeceſſerunt, niſi quod Tribuniciae Poteſtatis nulla fiat mentio. Typus vero ſingulare quid habet. Cernitur enim in taurorum ſive boum bigis figura biceps ſtolata vel tunicata, cum luna falcata ad humeros, neſcio quid laeva, dextra tenens habenas. Deſcriptionem ejus *Vaillantius* hiſce dedit pag. 112. *Diana cum creſcente luna, humeris falcata, agit currum duorum taurorum.* Verum ſi pictori Petro *Santi-Bartolo* fidem non denegemus, biceps illa figura eſt, atque (ſicuti in Tenediorum nummis) virilis facies barbata, atque inberbis altera, utpote muliebris, conſpicitur. Nobis itaque, quum ipſe nummus non ſit ad manum, hactenus major fides videtur adhibenda *Santi-Bartolo*, qui nummum haud depingere potuit, niſi poſt longam contemplationem, quam *Vaillantio*, qui modo vidit ejuſque ſcripturam excerpſit. Juxta delineationem itaque, quam habemus, explicationem dirigimus, dicimuſque Pantheon eſſe Dianae Luciferae, atque Jovis. Per Jovis faciem ad ipſum Caracallam adludere voluerunt Tarſenſes ; per Lunam Luciferam, quam facem tenere laeva ſuſpicor, ad matrem Imperatoris, Juliam Domnam; plane uti vidimus ſimilem Pompejopolitarum adulationem in hac Tabula Num. XVIII.

XXIII. Epigraphe partis anticae hujus nummi cognoſcitur ex locupletiſſimo, & magno Principe digniſſimo, *Muſeo Theupoliano*, p. 985. videlicet: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος CΕΟΥήρος

ορ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Πατὴς Πατρίδος. i. e. *Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Antoninus Pater Patriae.* Posticae partis inscriptio plane prioribus est similis, verum in omnibus reponi debet ΑΝΙΩΝΕΙΝΙΑΝΗϹ pro ΑΝΤΩΝΙΑΝΗϹ, quod vitiose, sive a pictore, sive a sculptore acceptum fuit. Serpentum bigas, tamquam Triptolemus semina spargens sublata dextra, agit Imperator Caracalla, facile agnoscendus ex laurea quam capite gerit, ex paludamento, quod a laevo diffluit humero, atque globo, quem, ut dominus Orbis Romani, laeva tenet, quam lateri adplicat.

XXIV. Postremus hic nummus est Tarsi urbis in Caracallae honorem; &, quamvis nullas inscriptionis literas praeter ΤΑΡϹΟΥ. i. e. *Tarsi* exhibeat, detritis reliquis, tamen integra ejus lectio a tribus quatuorve praecedentibus non abit, nisi quod nota literarum Γ. Β. quibus Senatusconsulti indicatur auctoritas, addatur. Didici illud ex simili numismate, edito inter *Medalliones Ludovici Magni* Tab. XIX. Num. 14. atque *Tristani Sanctamantii Commentariis Historicis* Tom. II. p. 215. Ex quo *Tristano* amplius hujus nummi anticae partis, quam ibi quoque repraesentat, accepi notitiam; in illa depingitur caput Caracallae dextram versus, non radiatum vel laureatum, ut in aliis vidimus nummis, sed diademate regio auctum, quod inprimis rarum est; idque, truci admodum vultu, ad pectora paludamentum habet. Inscriptio talis est: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος ΑΥΡήλιος ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Πατὴς Πατρίδος. i. e. *Imperator Caesar Marcus Aurelius Severus Antoninus Pater Patriae.* Errat in eo *Tristanus*, quod literas Π. Π de cognominibus *Pii* & *Parthici* capit, nam in multis aliorum Imperatorum, quibus nihil cum Parthis rei fuit, nummis, eaedem occurrunt literae, quae titulum *Patris Patriae* semper denotant. Navis cum velo, typus hujus nummi, adventum Imperatoris pro more indicat.

TA-

re Antonin, Pere de la Patrie. *L'Inscription du Revers est entierement semblable à celles des précédentes; mais il faut lire par-tout* ΑΝΤΩΝΙΝΙΑΝΗϹ *au lieu d'*ΑΝΤΩΝΙΑΝΗϹ: *le Peintre ou le Graveur ayant mal-à-propos ômis une sillabe, par négligence ou par mégarde. L'Empereur Caracalla, assis sur un char attelé de deux dragons, séme des grains de la main droite à la façon d'un autre Triptolème; car on reconnoit aisément que la figure, qui est sur le char, représente ce Prince, par la couronne de laurier qu'il a sur la tête, par la cotte d'armes qui lui tombe de dessus l'épaule gauche, & par le globe qu'en qualité de Maître du monde, il tient de la main gauche, & qu'il appuye sur le côté.*

XXIV. Voici *la derniére des six Médailles de Tarse, qui ont été frappées à l'honneur de Caracalla. Quoiqu'il ne reste de l'Inscription que ce mot,* ΤΑΡϹΟΥ, *c'est-à-dire* de Tarse, *& que les autres lettres soient effacées, il est néanmoins fort vraisemblable que cette Médaille ne différoit point à cet égard de celles qu'on a vûës dans les trois ou quatre derniers Articles, si-non qu'on a ajouté sur celle-ci les lettres,* Γ. Β., *pour indiquer qu'elle a été frappée par ordre du Sénat. C'est ce que j'ai appris par l'inspection d'une Médaille semblable, qui a été publiée parmi les* Médaillons de Loüis le Grand, *Planche* XIX. *N°.* 14. *& dans les* Commentaires Historiques de Jean Tristan de S. Amant, *Tom.* II. *p.* 215. *C'est aussi dans ce dernier Ouvrage que j'ai appris ce qui étoit contenu sur la premiére face de cette Médaille. La tête de Caracalla y est dépeinte regardant vers la gauche, & avec un air extrêmement fier & rebarbatif. Il ne porte point de couronne radiale ni de laurier, comme sur les autres que nous avons vûës; mais sa tête est ceinte d'un Diadème royal, ce qui est très-rare. On aperçoit de plus une cotte d'armes au haut de sa poitrine. La Légende qui est sur le contour, est exprimée en ces termes:* L'Empereur César Marc Aurele Sévere Antonin, Pere de la Patrie. *Car* Tristan *s'est ici trompé en ce qu'il a crû que les deux lettres,* Π. Π., *vouloient dire* Pieux *&* Parthique; *car on trouve les mêmes lettres sur les Médailles de plusieurs autres Empereurs, qui n'ont rien eu à démêler avec les Parthes, & elles signifient toûjours* Pere de la Patrie. *Un navire avec une voile, qui est le Tipe de cette Médaille, marque à l'ordinaire l'arrivée de l'Empereur.*

PLAN-

PLANCHE XXIX.

Où l'on trouve une Médaille de Caracalla avec la tête de Julie ſa mére au Revers: Enſuite viennent pluſieurs autres Médailles de Plautille, de Geta & de Macrin.

MEDAILLE I.

CETTE *Médaille, comme on a déja dit dans le Sommaire, porte d'un côté la tête de Caracalla, & de l'autre celle de Julie ſa mére, qui eſt fort ſimplement ornée, avec cette Légende autour:* Julie Domna Auguſte. *Comme ces paroles ſont à l'accuſatif dans le Latin, il faut ſous-entendre ici le verbe,* colunt; *ce qui ſignifie que la Ville, où a été frappé cette Médaille, honoroit Julie comme une Déeſſe. Je poſſéde pluſieurs Médailles qui ont la même empreinte des deux côtés que celle-ci; mais elles ſont toutes de la ſeconde grandeur, au lieu que celle de la* Reine Chriſtine *eſt de la premiére: ce qui la rend beaucoup plus rare que les autres. Peut-être que cette Médaille a été frappée à Smirne; mais je n'oſe rien aſſûrer ſur ce ſujet. Julie Domna, qui étoit une femme vaine & ambitieuſe, ſemble avoir agréé volontiers la flatterie des Villes Grecques, qui la faiſoient deſcendre de Cléopatre, ou du moins qui la comparoient à cette Reine, tant pour l'eſprit que pour la beauté; car j'ai dans mon Cabinet une très-belle & très-curieuſe Médaille, dans laquelle les Smirnéens & les Egéates font profeſſion d'adorer la divine beauté de Julie, & reconnoiſſent qu'elle tiroit ſon origine de Cléopatre, ou qu'elle égaloit cette Reine en eſprit & beauté. Sur la premiére face, la tête de Julie & la Légende du contour ſont tout-à-fait ſemblables à ce qu'on voit ſur la Médaille que nous expliquons. La belle face de Cléopatre paroit ſur le Revers, & on la reconnoit par l'aſpic qu'on a peint auprès d'elle. L'Inſcription fait mention des Smirnéens & des Egéates. Cette Médaille n'avoit pas encore été publiée, lorſque j'en ai donné le deſſein dans mes notes ſur* Oroſe, *p.* 505. *On croïoit que l'horoſcope de Julie lui promettoit l'Empire, & c'eſt ce qui engagea Sevére à la rechercher en mariage. Voici ce que* Spartien *a laiſſé par écrit là-deſſus dans la Vie de Sevére, Chap.* III. Sa femme étant morte, comme il vouloit ſe remarier, il examinoit ſous quelle

TABULA XXIX.

Numiſma exhibet Caracallae cum matre Julia ab altera parte, dein Numiſmata Plautillae, Getae, atque Macrini.

NUM. I.

NUMISMA hoc, in quo facies Caracallae eſt a parte priore, matris ejus Juliae ab altera parte caput exhibet. Inſcriptio eſt: ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. i. e. *Juliam Domnam Auguſtam*, ſcilicet *colunt*. Exhibetur vero cum ſimplici ornatu caput Juliae Domnae. Poſſideo ipſe plures nummos ineditos, in quibus ab altera parte Caracallae eſt caput, ab altera matris Juliae; verum illi omnes ſecundae ſunt magnitudinis, hic vero primae, eoque rarior eſt habendus. A Smyrnaeis forſitan ſignatus eſt, verum de eo nihil certi adfirmaverim. Superbiſſima mulier fuit Julia Domna, quae videtur admiſiſſe adulationem Graecarum urbium, tamquam a Cleopatra genus duceret, certe forma & ingenio cum illa certaret. Poſſideo enim pulcherrimum & rariſſimum Numiſma, in quo Smyrnaei & AEgeates divinam Juliae formam colere ſeſe fatentur, atque genus ejus, ſeu formae ingeniique gloriam, ad Cleopatram referre. In priore parte caput Juliae & nummi inſcriptio huic ſunt ſimillima. Ab altera parte inſigne Cleopatrae Reginae, quod ex adpoſita aſpide agnoſcitur, eſt caput, atque Smyrnaeorum & AEgeatarum, qui nummum ſignarunt, mentio. Ineditum hactenus Numiſma illud maximi moduli vulgavi in Notis ad *Oroſium* pag. 505. Imperatoriam geneſin habere credebatur, atque ob id expetita a Severo. In cujus Vita Cap. III. *Spartianus* ſcribit: *Quum amiſſa uxore aliam vellet ducere, genituram ſponſarum requirebat, ipſe quoque matheſeos peritiſſimus: & quum audiſſet eſſe in Syria quandam, quae id genitu-*


PLAVTILLA AVGVSTA
VENVS VICTRIX
P SEPTIMIVS GETA CAES
VICTORIAE AVGG
S·C
CONCORDIA AVGVSTORVM
S·C
IMP CAES P SEPT GETA PIVS AVG
VICTORIAE BRITTANNICAE
S·C
LIBERALITAS AVGG
S·C
CONCORDIAE AVGG
S·C
PONTIF TR P II COS II
S·C
PONTIF TR P II COS II
S·C
IMP CAES M OPEL SEV MACRINVS AVG
PONTIF MAX TR P COS P P
S·C
VICTORIA PARTH COS II P P
S·C
PONTIF MAX TR P II
COS II P P
LIBERALITAS AVGVSTI
S·C
ROM
FEL

niturae haberet, ut regi jungeretur, eamdem uxorem petiit, Juliam scilicet : & accepit interventu amicorum : ex qua statim pater factus est. Natus videlicet illi tum est Bassianus, sive Caracalla, quem in initio praeclari Poëmatis Κυνηγετικῶν, sive *de Venatione*, ita adloquitur *Oppianus :*

Αὐσονίη Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ,
Ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα, καὶ ὄλβιον ὠδίνασα,
Νύμφη ἀριστοπόσεια, λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια
Ἀσσυρίη Κυθέρεια, καὶ οὐ λείπουσα Σελήνη,
Οὐδὲν ἀφαυρότερον Ζηνὸς Κρονίδαο γενέθλης.

i. e. *Ausonii Jovis dulce germen Antonine : quem magna magno peperit Domna Severo, beato nupta, & beatum enixa (sponsa optimi mariti, puerperaque formosi filii, Assyria Venus & non delinquens Luna,) nulla parte deteriorem Jovis Saturnidae sobole.* Ut adeo insulsum Aurelii Victoris illorumque sit mendacium, ex quorum fontibus in Caracalla Cap. X. legitur apud *Spartianum*, Novercae Juliae quasi per negligentiam maxima corporis parte nudatae, amore captum fuisse Caracallam, & dixisse: *Vellem, si liceret.* Respondisse illam : *Si libet, licet. An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere?* secutumque fuisse incaestum conjugium. Marito Severo filiisque Bassiano & Getae supervixit Julia, eo haud felicior. De morte ejus *Herodianus* Lib. IV. Cap. 13. in fine : *At Macrinus, tradito igni corpusculo, reliquias intra urnam conjectas matri ad sepulturam remisit ; ea tunc Antiochiae morabatur. Moxque ob liberorum calamitates, incertum sponte an imperio alicujus, mortem sibi conscivit.* Accuratius atque amplius *Dionis* est testimonium Lib. LXXVIII. p. 887. *Caeterum Julia mater, quae tum erat Antiochiae, cognita filii caede ita statim adfecta est, ut*

quelle planette étoient nées celles qu'il avoit dessein d'épouser; car il étoit fort habile dans l'Astrologie. Ayant entendu dire dans ce tems-là qu'il y avoit une fille dans la Syrie, savoir Julie, dont l'étoile ou l'horoscope portoit qu'elle seroit mariée à un Roi, il la demanda en mariage; & l'ayant obtenuë par le moïen de ses amis, elle le fit bientôt pere, *savoir, de Bassien ou Caracalla, qui nâquit peu de tems après ce mariage. Oppien, dans son beau poëme, qui a pour titre,* Κυνηγετικῶν, *ou* de la Chasse, *adresse à ce jeune Prince ce compliment flatteur :* Aimable Rejetton de Jupiter Ausonien, Antonin, que l'incomparable Julie a enfanté au grand Sevére; Princesse mille fois heureuse d'avoir un époux égal aux Dieux, & d'être la mere d'un si divin Enfant, qui ne céde en rien à ceux du grand fils de Saturne. Oui, certes, on peut dire que cette Venus d'Assyrie, que cette Lune qui ne souffre jamais d'éclipse, est l'épouse du plus illustre & du meilleur des maris, & qu'elle a mis au monde le plus bel Enfant qui se puisse voir. *On voit par-là que ce qu'Aurelius Victor & d'autres ont débité touchant un inceste abominable entre Caracalla & Julie, est une calomnie des plus grossiéres; car c'est dans ces sources que* Spartien *a puisé ce qu'il raconte à ce sujet dans la Vie de Caracalla, Chap. X. savoir, que cet Empereur étant un jour entré dans la chambre de Julie sa belle-mere, il la trouva presque toute nuë, (la Dame feignant d'avoir été surprise); qu'il se sentit aussi-tôt épris d'amour pour elle, & qu'il lui dit :* Je voudrois bien, s'il étoit permis. *Et qu'elle lui répondit :* Si vous le voulez, il vous est permis. Ne savez-vous pas que vous êtes Empereur, & que vous donnez des loix, mais que vous n'en recevez point. *Cet Historien ajoute, que ces paroles furent suivies d'un commerce incestueux. Julie survécut à Sevére son mari & à ses deux fils Caracalla & Geta; mais elle n'en fut pas plus heureuse.* Herodien *parle ainsi de la mort de cette Imperatrice, au Liv. IV. Chap. 13. sur la fin :* Macrin, ayant fait brûler le corps de Caracalla, en fit mettre les cendres dans une urne, qu'il envoya à sa mere, afin qu'elle lui donnât la sépulture. Cette Princesse faisoit alors son séjour à Antioche. Touchée au dernier point du sort malheureux de ses enfans, elle se donna la mort fort peu de tems après; on ne sait si ce fût volontairement, ou par l'ordre de quelqu'un. *Mais* Dion *s'étend d'avantage sur ce sujet, & nous fait un récit plus circonstancié de la mort de Julie, Liv.* LXXVIII. *p.* 887. Au reste, *dit-il,* Julie, mere de Cara-

Caracalla, qui étoit pour lors à Antioche, ayant sû la mort de son fils, cette nouvelle la mit dans un tel désespoir qu'elle se donnoit de grands coups, pour tâcher de se tuër. De sorte qu'elle pleuroit mort, celui qu'elle avoit haï vivant; non pas qu'elle le regrettât, mais parce qu'elle se voïoit par-là réduite à mener une vie privée. C'étoit aussi la raison pourquoi elle se déchainoit & se répandoit en mille injures contre Macrin. Mais, celui-ci lui ayant conservé son train d'Imperatrice, & même les Gardes qu'elle avoit pour la sûreté de sa personne, & lui ayant écrit de plus des lettres obligeantes, elle cessa de se désesperer, & commença à ne plus haïr si fort la vie. Cependant, le nouvel Empereur ayant appris toutes les injures qu'elle avoit proférées contre lui, (quoiqu'elle ne lui eût rien écrit d'offensant à lui-même) & s'apercevant d'ailleurs qu'elle sollicitoit ses Soldats à la révolte, & qu'elle aspiroit à la Souveraineté, à l'exemple de Semiramis & de Nitocris, dans le païs desquelles elle étoit à peu près née, il lui envoïa ordre de sortir au plutôt d'Antioche pour se retirer où elle voudroit. Julie conçût alors un si grand dégout de la vie, qu'elle se laissa mourir de faim. Un cancer qu'elle avoit au sein depuis long-tems, mais qui ne la tourmentoit guéres, lui fut en cette occasion d'un grand secours; car, l'aïant irrité par les coups qu'elle se donnoit sur la poitrine, il contribua beaucoup à hâter sa mort. *Voilà ce que nous apprend Dion, qui vivoit dans ce tems-là même, & qui est entré là-dessus dans un plus grand détail que les autres Historiens.*

II. III. La *tête de Plautille, femme de Caracalla, est dépeinte sur celle-ci, avec cette Légende:* Plautille Auguste. *On lit sur le Revers:* Venus Victorieuse. *Cette Déesse, qui est debout dans le Tipe, s'appuïe du coude gauche sur un bouclier, tenant une palme dans la main gauche & dans la droite cette pomme si célébre que Paris lui ajugea, comme un prix dû à sa beauté. Devant elle, on voit le petit Cupidon qui tend son arc.*

IV. V. Voici *maintenant quelques Médailles de Geta. Celle qui se trouve ici la première en rang, représente la tête nuë de ce Prince, avec cette Légende autour:* Publius Septime Geta César. *Le Tipe du Revers est conforme à l'Inscription suivante qu'on y a gravée:* Sacrifices Séculaires. *Nous avons déja vû un Tipe semblable sur une Médaille de Sevére, Planche* XXV. *N°.* 5. *& sur une autre de Caracalla, Planche* XXVII. *N°.* 4.

VI. La *Déesse Victoire est ici représentée sur un*

ut se graviter percuteret, ac mortem sibi consciscere conaretur. Eum enim, quem vivum oderat, lugebat mortuum; non quod cuperet illum vivere, sed quod ipsam privatam vitam degere oporteret, ob eamque caussam vexabat Macrinum omnibus contumeliis, sed postquam ille non modo nihil de regio famulatu ejus, aut de stipatoribus, quos secum habebat custodiae caussa inmutavit, verum etiam multa ad eam commode scripsit: coepit, bona spe injecta, desiderium mortis deponere. Post ubi Macrinus intellexit, quae convitia sibi ab ea facta essent (quamquam illa nihil ad ipsum scripserat contumeliose) sensitque eam nonnihil cum suis militibus moliri & regnum adfectare, ut Semiramis ac Nitocris fecerant, quarum in patria quodam modo ipsa fere nata erat: mandavit, ut quam celerrime Antiochia, quo vellet, proficisceretur. Tum Julia, abjecto vitae desiderio, inedia consumta moritur. Adceleravit ei mortem cancer, quem quum jam multo tempore habuisset in mamma quiescentem, percusso pectore invitavit, atque is ei ad mortem fecit. Curiosius sane haec Dio (qui ipsis illis vixit temporibus) quam reliqui scripserunt.

II. III. Caput Plautillae, conjugis Caracallae, cum hac epigraphe: PLAVTILLA AVGVSTA. Ab altera parte legitur: VENVS VICTRIX. Stat Dea laevo cubito clypeo innixa, laevaque palmam tenens, dextra pomum, judicio Paridis, formae pretium. Ante Deam matrem Cupido arcum tendens.

IV. V. Getae sequuntur nunc Numismata, ex quibus primum circa Getae nudum caput hac insignitur inscriptione: P*ublius* S*eptimius* GETA CAES*ar*. Ab altera parte adcommodatus ad epigraphen est typus; epigraphe haec est: SAECVLARIA SACRA. Habuimus eumdem typum in Severi nummis Tab. XXV. Num. 5. atque Caracallae Tab. XXVII. Num. 4.

VI. Bigis citatis, equos propel-lens

lens vehitur Victoria, adest epigraphe: VICTORIAE AVGG. i. e. AV*Gustorum*. Unde patere videtur signatum fuisse nummum, quum, mortuo patre Severo, victores ex Britannia redirent Caracalla atque Geta.

un char à deux chevaux, qu'elle fait rouler avec un extrême vîtesse. L'Inscription contient ces mots: A la Victoire des Augustes. *Ce qui semble indiquer que cette Médaille fut frappée, lorsque Caracalla & Geta, après la mort de leur Pere, revinrent victorieux de la Bretagne à Rome.*

VII. Nummus qui praecessit eamdem forsan quam hic a parte capitis habet inscriptionem. Is in *Museo Theupoliano* ita inscribitur: P*ublius* SEPTIMIVS GETA CAESAR. Aversae partis epigraphe haec: CONCORDIA AVGVSTORVM. Senatus votum matrisque Juliae preces respicit; de quibus videri potest *Herodianus* Lib. IV. Cap. 3. p. 182. 183. Quum enim frustra tentata saepius concordia inter dissentientes, tamdem dividi Imperium placuisset, sic ut Occidentem Caracalla, Orientem & AEgyptum teneret Geta; negavit Julia id rite posse fieri, nisi se prius occiderent, & partem sui corporis uterque penes se sepeliret. Haec (inquit eloquens scriptor,) locuta *multis cum lacrymis ejulatuque, manus ambobus injiciens, complexa utrumque* συνάγειν ἐπειρᾶτο, *reconciliare inter se conabatur.* Cernuntur in typo fratres, togati, super ignitum tripodem sacrificantes. Irritum votum Senatus & cassas matris fuisse preces tristis eventus docuit, caeso in matris gremio per Caracallam fratricidam Geta.

VII. Il *se peut que la Médaille précédente porte la même Légende du côté de la tête, que celle-ci; sur le contour de laquelle on lit les paroles suivantes dans le* Cabinet de Theupoli: Publius Septime Geta César. *Le Revers a pour devise:* Concorde des Augustes. *Cette Inscription se raporte aux vœux que faisoit le Sénat, & aux fortes instances qu'emploïoit Julie auprès de ses fils pour les engager à vivre ensemble en bonne union. Sur quoi l'on peut consulter* Herodien, *Liv.* IV. *Chap.* III. *p.* 182, 183. *où il nous apprend, qu'on avoit tenté plusieurs fois envain de les mettre d'accord ensemble; qu'ils étoient pourtant convenus à la fin de partager l'Empire entre eux, de sorte que Caracalla gouverneroit l'Occident, & que Geta régneroit sur l'Orient & sur l'Egipte; mais que leur mere s'y opposa, en disant qu'il falloit donc qu'ils la tuassent auparavant, & qu'ils prîsent chacun une partie de son corps, pour l'ensevelir auprès d'eux.* Ayant proferé ces paroles, *ajoûte cet Historien*, en versant un torrent de larmes & en jettant de grands cris, elle les prit tous deux par la main, & se jettant à leur cou, elle les conjuroit de se reconcilier ensemble. *Le Tipe représente les deux freres revétus de la toge, & qui sacrifient sur un trépied, où il y a un feu allumé. Mais les vœux du Sénat, aussi bien que toutes les sollicitations de Julie, furent vains & inutiles, comme il ne parut que trop par l'évenement; car l'infame Caracalla tua son frere dans le giron même de leur mere.*

VIII. IX. Laureatum Getae caput, prorumpente barba, occurrit cum hac in circuitu inscriptione: IMP*erator* CAES*ar* P*ublius* SEPT*imius* GETA PIVS AVG*ustus*. Testimonium Victoriae Britannicae & typus & inscriptio alterius partis exhibet. Cernitur enim Dea Victoria, armis insidens, atque dextra manu clypeo inscribens. Quod inscripsisse denotatur, exaratur in margine, videlicet: VICTORIAE BRITANNICAE.

VIII. IX. Celle-ci *représente la tête de Geta couronnée de laurier, & avec une jeune barbe qui commence à lui ombrager le menton. Le contour est chargé de cette Légende:* L'Empereur César Publius Septime Geta, Pieux, Auguste. *Le Tipe & l'Inscription du Revers concernent la Victoire Britannique. On y voit la Déesse Victoire, assise sur un tas d'armes, & qui écrit de la main droite sur un bouclier; ce qu'elle écrit est marqué en même tems sur la marge, savoir ces mots:* A la Victoire Britannique.

X. Stat Geta laureatus & paludatus in substructione, adstantibus duobus Praefectis praetorio, atque adloquitur milites, equites scilicet peditesque,

X. Geta *debout sur une estrade, couronné de laurier, vétu d'une cotte d'armes, & accompagné des deux Chefs de la Garde Prétorienne, fait une harangue aux Troupes, tant d'Infanterie que de* Ca-

Cavalerie, qui ſont devant lui avec leurs Enſeignes militaires. On ne voit ici que le Revers de cette Médaille; mais on trouve auſſi le deſſein de la premiére face dans le Cabinet de Parme, *Planche* XXXI. *N°.* 4. *La tête de Geta y eſt dépeinte avec une couronne de laurier, & avec un jeune duvet ſur le menton. Les deux parties de l'Inſcription, réünies enſemble, contiennent les noms & titres ſuivans:* Publius Septime Geta, Pieux, Auguſte, Britannique. *Ainſi, ce Tipe déſigne un diſcours fait à la loüange des Soldats après l'expédition faite dans la Bretagne.*

XI. Le *Tipe de cette Médaille eſt un monument d'une double liberalité des Empereurs Caracalla & Geta. Comme le même Tipe ſe trouve ſur une Médaille de Caracalla, Planche* XXVII, *N°.* 7. *on peut voir ce que nous en avons dit en cet endroit. La Légende de la tête ne differe point de la précédente.*

XII. Le *Tipe & l'Inſcription de celle-ci regardent la* Concorde des Auguſtes, *qui fut pendant quelque tems l'objet des vœux & des eſpérances du Sénat & du Peuple, mais envain, comme nous l'avons dit. Les deux freres Antonins, couverts d'une cotte d'armes, & armés d'une pique l'un & l'autre, ſont debout, & ſe donnent la main. Hercule, que l'on reconnoit à ſa maſſuë & à ſa peau de lion, met une couronne ſur la tête de Caracalla, & une figure de femme fait la même choſe à l'égard de Geta.* Triſtan de S. Amant, *dans ſes* Comment. Hiſtor. *Tom.* II. *p.* 263. *conjecture avec beaucoup de vraiſemblance, que la figure de femme repréſente Hebé, Déeſſe de la jeuneſſe. Son explication eſt courte, mais elle eſt judicieuſe & ſolide. Voici de quelle maniére il décrit ce Tipe:* Caracalla & Geta ſe tenants par la main droite, & tenants leurs javelines de l'autre; le premier couronné par Hercule tenant ſa maſſuë en la gauche, & le dernier par une Déeſſe nuë qui peut être Hebé, Déeſſe de la Jeuneſſe, qui eſt nuë, & tient un ſceptre à la main. *Il y a néanmoins quelque différence entre ces deux Deſſeins par raport à la figure de Hebé. Dans le deſſein de* S. Amant, *elle eſt repréſentée nuë, ce qui ne convient pas mal à la Déeſſe de la Jeuneſſe; &, pour marque de ſa Divinité, elle tient un ſceptre de la main gauche, & couronne Geta de la droite. Dans le nôtre, cette Déeſſe a une épaule & une mamelle decouvertes, & les bras nuds, mais le reſte du corps eſt couvert d'un habit qui lui deſcend juſqu'aux talons. Elle couronne Geta de la main droite, mais il ne paroit pas qu'elle ait rien dans la gauche. Hercule convient à Caracalla,*

teſque, cum ſignis militaribus. Averſam modo nummi partem cernimus, anteriorem quoque depictam invenimus in *Muſeo Parmenſi* Tab. XXXI. Num. 4. Getae ibi laureatum caput eſt cum barba, atque conjuncta ab utraque parte haec eſt inſcriptio: P*ublius* SEPTIMIVS GETA PIVS AVG*uſtus* BRIT*annicus*. Laudationem itaque militum, peracta Britannica expeditione, continet.

XI. Duplicem Auguſtorum Getae & Caracallae hic typus Liberalitatem continet, qui typus quum inveniatur quoque in Caracallae Nummis Tab. XXVII. Num. 7. quae ibi dicta ſunt poſſunt inſpici. Inſcriptio capitis nihil a praecedente diſcrepat.

XII. Speratae magis quam coalitae CONCORDIAE AVGG. id eſt AVG*uſtorum*, inſcriptio & typus inſervit. Stant Antonini fratres, paludati atque armati, cum haſtis, juncturi dextras, & Caracallae quidem Hercules, ex leonis exſuviis atque clava noſcendus, corollam capiti inponit; Getae vero figura muliebris lauream adaptat. Figuram illam muliebrem de Hebe, Dea Juventutis haud male explicat *Jo. Triſtanus Sanctamantius*, brevi ſed eleganti explicatione Tom. II. *Comment. Hiſtoric.* p. 263. ubi haec ſcribit: *Caracalla & Geta dextras jungunt, laeva haſtas tenent. Priorem coronat a tergo adſtans Hercules, laeva manu clavam tenens; poſteriorem Deae figura nuda, quae Hebe videri poteſt, Juventutis Dea; nuda illa eſt, & ſceptrum manu tenet.* Diſcrimen in pictura Hebes duplex eſt; nuda occurrit in *Triſtani* nummo, haud ſane inconvenienter, utque Dea ſceptrum laeva tenet, dextra vero Getam coronat. In hoc, exſerta altera mamma, humero & brachiis nudis dependentem ad pedes habet veſtem, dextra vero coronat Getam, neque laeva quidquam tenere cernitur. Caracallae Hercules propter bellicos ſpiritus convenit. Hebe juxta Getam collocatur, utpote juniorem ex fratribus Antoni-

toninis. Capitis epigraphe haec traditur apud *Comitem Mediobarbum* p. 303. P*ublius* SEPTIMIVS GETA PIVS AVG*ustus* BRIT*annicus*.

Exstat & alius Getae nummus, in quo similiter ab Hercule coronatur Caracalla, a Victoria autem Geta, sed neque *Britannici* cognomen a parte capitis legitur, atque posticae partis quoque longe alia est inscriptio, scilicet ut in duobus sequentibus nummis; ne videlicet quis & hic Victoriam reponendam existimet. Publicatus is nummus est in *Museo Farnesiano* Tab. XXXI. Num. 1. Quem tertium & ipse in *Museo meo* servo, egregie pulchrum & bene servatum. Delectati videlicet fuere eleganti variatione typorum.

XIII. CONCORDIAM mutuam inter filios suadere hoc typo videtur Julia Pia, Severi uxor, quae stat media inter Caracallam & Getam, togatos velatosque, & super ignitum tripodem sacrificantes, procumbente in imo hostia. *Musei mei* nummus a parte capitis Getae, quod barbatum & laureatum est, hanc habet inscriptionem: IMP*erator* CAES*ar* SEPT*imius* GETA PIVS AVG*ustus*. Pergit ab altera parte: PONTIF*ex* TR*ibunicia* POT*estate* II. C*o*NS*ul* II. Utramque partem vulgavit *Laurentius Begerus* in *Thes. Brandeburg*. Tom. III. p. 136.

XIV. ULTIMUS ex Getae nummis sequitur, ab utraque parte similiter, ut is qui praecessit, inscriptus. Quinque in illo occurrunt figurae militares, ex quibus duae Imperatorum, Caracallae & Getae, ex paludamentis & hastis agnoscuntur; ad pedes procumbit captivus, victoriae Britannicae monumentum. Invenitur quoque in *Museo Farnesiano*, in quo utraque pars depingitur Tab. XXXI. N. 4.

XV. XVI. OBTRUNCATO per insidias Caracalla, ad Imperium pervenit is qui clam caedis ejus auctor fuerat Macrinus. Lecta enim quadam, dum aurigationi intentus erat Imperator, epistola, in qua monebatur Caracalla, ut

calla, à cause de l'humeur guerriére de cet Empereur, & Hebé est placée auprès de Geta, parce que celui-ci étoit le cadet des fils de Sevére. La Légende de la tête est ainsi raportée chez le Comte Mezzabarba, *p.* 303. Publius Septime Geta, Pieux, Auguste, Britannique.

Il se trouve encore une autre Médaille de Geta, sur laquelle Caracalla est pareillement couronné par Hercule, & Geta par la Victoire; mais, outre qu'on n'y lit pas le surnom de Britannique *du côté de la tête, la Légende du Revers est aussi fort différente de celle qu'on voit sur la nôtre, & semblable à celles qu'on trouve sur les deux Médailles suivantes. Ainsi, l'on ne doit pas s'imaginer que la figure de la Victoire devroit aussi être gravée dans notre Tipe. La Médaille dont nous parlons, a été publiée dans le* Cabinet Farnèse, *Planche* XXXI. *N°.* 1. *J'en conserve dans* mon Cabinet *une de cette sorte, qui est fort belle & très-bien conservée. On voit par-là que ceux qui ont frappé cette Médaille ont pris plaisir à en varier le Tipe.*

XIII. L'IMPERATRICE *Julie semble dans ce Tipe exhorter ses deux fils à une concorde mutuelle. Elle est debout entre Caracalla & Geta, qui sont voilés & vétus de la toge, & qui sacrifient sur un trépied où il y a du feu allumé. Auprès, l'on voit une victime couchée par terre. La Médaille de* mon Cabinet, *du côté de la tête de Geta, qui a de la barbe & une couronne de laurier, porte cette Légende:* L'Empereur César Septime Geta, Pieux, Auguste. *La même Légende continuë ainsi de l'autre côté:* Souverain Pontife, Joüissant de sa II. Puissance Tribunicienne, Consul pour la II. fois. Laurent Beger *a publié la tête & le Revers de cette Médaille dans son* Trés. de Brandeb. *Tom.* III. *p.* 136.

XIV. CELLE-CI *est la derniere des Médailles de Geta. Elle porte la même Inscription, des deux côtés, que la précédente. On y voit cinq figures militaires, parmi lesquelles il y en a deux qui représentent Caracalla & Geta, qu'on reconnoit à leurs cottes d'armes & à leurs piques. Un captif prosterné à leurs pieds, sert de simbole à la Victoire Britannique. Les deux parties de cette Médaille sont aussi dessinées dans le* Cabinet Farnèse, *Planche* XXXI. *N°.* 4.

XV. XVI. CARACALLA *ayant été tué en trahison, Macrin, qui avoit été l'auteur secret de ce meurtre, lui succeda à l'Empire. Les Historiens racontent qu'un jour, pendant que l'Empereur étoit occupé à une course de chariots, il intercepta & lût une lettre, dans laquelle on donnoit avis à Caracalla*


Exhibet adhuc Numismata Augusti.

Num. I. -- VII.

OMNES hi nummi quoque ad Municipia sive Colonias Romanas in Hispania spectant; tres priores ad Calagurim Juliam in Hispania Tarraconensi ad Iberum fluvium, sequentes duo ad Bilbilin, poëtae Martialis patriam, Celtiberorum in Hispania Tarraconensi ad Salonem fluvium. Sextus Ilerdae, ad Sicorim fluvium, pariter in Hispania Tarraconensi signatus, Lupam exhibet. Septimus Coloniam, Patriciam dictam, patriam agnoscit. Hanc *Plinius* Lib. III. Cap. 1. nos docet fuisse Cordubam. *Corduba* (inquit) *Colonia Patricia cognomine.* Haec semper Patricia in nummis vocari solet.

VIII. Exhibetur in *Morellii Thesauro* caput Augusti laureatum cum epigraphe: AVGVSTVS DIVI F*ilius.* Templum tetrastylum ab altera parte exhibetur, in cujus peristylio scribitur: IVNONI; sub cujus nomine Liviae Augustae dicatum fuisse ab Ilici-

PLANCHE XLV.

Qui contient encore des Médailles d'Auguste.

Medaille I. -- VII.

TOUTES *ces Médailles apartiennent encore à des Colonies Romaines établies en Espagne. Les trois premiéres ont été frappées à Calahorra, Ville de l'Espagne Tarraconnoise, sur le fleuve Iberus, ou l'Ebre; & les deux suivantes à Bilbilis, Ville des Celtiberiens dans l'Espagne Tarraconnoise, située sur le fleuve Xalon, & célebre par la naissance du Poëte Martial. La sixième a été fabriquée à Lerida, qui étoit aussi une Ville de l'Espagne Tarraconnoise, auprès de la Segre; le Tipe de cette Médaille représente une Louve. La septième reconnoit pour sa patrie la Colonie Patricia.* Pline *nous apprend au Liv.* III. *Chap.* 1. *que c'est ainsi que se nommoit Cordoue.* Cordouë, *dit-il*, Colonie surnommée Patricia. *Aussi prend-elle toûjours ce nom dans les Médailles.*

VIII. Dans *le* Trésor de Morel, *la tête d'Auguste est couronnée de laurier sur cette Médaille, avec cette Légende:* Auguste, Fils du Divin César. *Sur le Revers, on voit un Temple à quatre colomnes, sur le frontispice duquel on trouve écrit:* A Junon; *sous le nom de laquelle ce Temple paroit avoir été dedié à l'Imperatrice Livie par les*

Illicitains ou Elchois. La Légende qui est sur le contour, est exprimée de la sorte : La Colonie franche & privilégiée Illice Augusta, sous Quintus Papirius Carbon & Quintus Terentius Montan, Duumvirs Quinquennaux. *Illice (aujourd'hui nommée Elche) étoit une Ville de l'Espagne Tarraconnoise, voisine de la mer, d'où le Golfe Illicitain avoit tiré son nom.*

IX. X. Ces *deux Médailles ont été frappées par les Corinthiens, & représentent, l'une Neptune sur un char tiré par deux chevaux marins, & l'autre le cheval Pegase. L'Inscription contient les noms des Duumvirs P. Flaccus & Vipsanius Agrippa. Ce dernier semble avoir été l'afranchi d'Agrippa gendre d'Auguste.*

XI. Sur *la premiére face de* ma *Médaille, autour de la tête d'Auguste, qui y est dépeinte nuë & sous les traits d'un vieillard, on lit ces mots :* Auguste, Fils du Divin César. *Le Revers contient une double Inscription ou plutôt deux parties de la même Inscription, dont l'une est renfermée dans un bandeau royal, ou dans une couronne de laurier ; & l'autre est sur le contour extérieur de la couronne. La premiére contient ces mots :* Le Roi Ptolomée. *La seconde est exprimée de la sorte dans le dessein de* Santi Bartolo : Caius Laberius Apalus. *Mais dans un autre dessein du* Trésor de Morel, *qui se trouve parmi les Médailles de la Famil. Lætilia N°. II., de même que sur une Médaille qui apartenoit autrefois à* Mr. de Bary, *& sur une autre de* mon Cabinet, *voici comment cette Inscription est couchée :* Caïus Lætilius Apalus, Duumvirs Quinquennaux ; *& je crois que cette leçon est la véritable. Cette Médaille est curieuse & digne d'attention, en ce qu'elle nous apprend une ancienne coûtume. Ce Ptolomée étoit fils de Juba le jeune & de Cléopatre fille du Triumvir M. Antoine. Il fut Roi de Mauritanie comme son pere ; mais Caïus Caligula le fit mourir dans la suite. Or ces deux Rois, pere & fils, n'ont pas dédaigné d'accepter le titre de Duumvirs Quinquennaux dans les Colonies Romaines, comme nous l'avons fait voir assez au long en expliquant cette Médaille de la Famille Lætilia dans l'endroit cité du* Trésor de Morel.

XII. Cette *Médaille merite aussi que nous en fassions beaucoup de cas. Celle de cette espèce que j'ai dans* mon Cabinet *est très-belle. La premiére face représente la tête d'Auguste nuë, avec cette Légende :* César Auguste ; *& c'est ainsi qu'elle est dessinée dans le* Trésor de Morel par-

licitanis videtur. Inscriptio ejus partis haec est : *Colonia Immunis* IL*lice Augusta Quinto* PAPIR*io* CAR*bone Quinto* TER*entio* MONT*ano* II. VIR*is Quinquennalibus.* Illice urbs fuit Hispaniae Tarraconensis mari proxima, unde ibidem Illicitanus sinus nomen accepit.

IX. X. Corinthii duo succedunt nummi, qui Neptunum in bigis equorum marinorum, atque Pegasum equum exhibent. Adscribuntur Duumvirorum nomina P. Flaccus atque Vipsanius Agrippa, ex quibus posterior Agrippae, qui gener Augusti exstitit, videtur fuisse libertus.

XI. In anteriore nummi *mei* parte juxta nudum & senile Augusti caput scribitur: AVGVSTVS DIVI F*ilius.* Ab altera parte in fascia regali, vel corona laurea, ut mea vult pictura, quae inferiorem inscriptionem ambit, legitur : REX PTOL*emaeus.* Exteriorem circuitum hae literae ambiunt : *Caius* LABERIVS APALVS in pictura *Santi-Bartoliana*, sed verius in pictura *Morelliani Thesauri Fam. Rom.* in Fam. Laetilia Num. II. in nummo quondam *Baryano*, atque in altero *Musei mei* : *Caius* LAETILIVS APALVS II. V*iri Quinquennales.* Insignis admodum & notabilis est hic nummulus, quia hic & similes antiquorum ritum nos docent. Nam Ptolemaeus hic Jubae junioris exstitit filius, Rex Mauritaniae, ex Cleopatra Antonii Triumviri filia genitus, & postea a consanguineo Caio Caesare occisus. Hi autem Reges, pater & filius, haud dedignati sunt honorem Duumviratus Quinquennalis in Coloniis Romanis recipere, sicuti pluribus docuimus ad laudatum *Thesaurum Morellianum*, nummulumque illum Familiae Laetiliae.

XII. Hic quoque nummus, ut eumdem veneremur, meretur. Est vero elegans in *Museo* nostro, & a parte priore Augusti caput nudum exhibet cum inscriptione : CAESAR AVGVSTVS. prouti depingitur in

in *Thesauro Morelliano* in Familia Terentia Num. VI. Ab altera parte Apollinis Actii, vel ipsius Augusti sub habitu Apollinis, vel Apollinis denique Dei, tamquam patris Augusti, laureatum est caput cum hac epigraphe: *Quinto* TERENTIO CVLLEONE PROCO*nSule* III. scilicet *anno.* Videtur hic Terentius ortum duxisse a Terentio Culleone, quem narrat *Livius* Lib. XXX. Cap. 43. & 45. captum fuisse a Carthaginensibus, atque deinde reducem triumphantis Scipionis majoris, qui primus Africanus dictus fuit, currum fuisse secutum. Confer *Valer. Maximum* Lib. V. Cap. 11. Exemplo 6. Ejusdem certe fuit familiae.

XIII. XIV. XV. Achaiae urbe Patris, Colonia Romana, in Augusti Conditoris honorem hi nummi signati sunt. Caput Augusti cum corona radiata exhibent, atque mortuo eodem & consecrato cusi sunt. Vocatur in nummis COL*onia Augusta Aroe* PATRENS*is.*

XVI. XVII. XVIII. Emerita, Lusitaniae urbs ad Anam fluvium, hos nummos Augusto jam mortuo consecravit. Legitur inde juxta caput ejusdem radiatum: C*olonia Augusta Emerita.* AVG*ustus* PATER. Monetae signandae jus sese impetrasse significat PERMI*ssu* AVG*usti.* PROVIDENT*iae Augustae* Aram fuisse ibidem erectam, typus & inscriptio docent ab altera parte nummi prioris; posterior nummus portas & muros urbis Emeritae (in qua veteranos collocaverat Augustus, unde ab emeritis iisdem *Emerita* dicta fuit) depingit, cum hac in circuitu epigraphe: COL*onia* AVGVSTA EMERITA.

XIX. XX. Phoeniciae urbs Berytus a Julio Caesare Romanos colonos accepit, & cognomen Juliae; ab Augusto deinde auctis incolis, Augusti insuper adsumsit. Hinc legitur in hoc nummo cuso post mortem Divi Augusti: CO*Lonia* IVL*ia* AVG*usta* FEL*ix* BER*ytus.* Symbolum, ut passim in Coloniarum nummis, est colonus agens boves.

XXI. XXII. In Siciliam quoque colonos transtulit Augustus, iisque pri-

parmi les Médailles de la Famille Terentia, N°. VI. *Sur le Revers, la tête d'Apollon est dépeinte couronnée de laurier. Il s'agit en ce Tipe ou d'Apollon Actius, ou du Dieu Apollon comme pere d'Auguste, ou d'Auguste lui-même sous la figure d'Apollon. L'Inscription porte:* Sous Quintus Terentius Culleo, Proconsul pour la troisième Année. *Ce Terentius semble avoir été un des descendans de Terentius Culleo, qui, comme le raconte* Tite-Live *au Liv. XXX. Chap.* 43. *&* 45, *avoit été fait prisonnier par les Carthaginois, & qui, ayant été delivré de captivité, suivit à son retour dans sa Patrie le char de Triomphe de l'ancien Scipion, le premier qui ait porté le Surnom d'Africain. Voyez aussi ce qu'en dit* Valere Maxime, *Liv.* V. *Chap.* II, *Exemple.* 6. *Je suis très-persuadé que le Terentius de notre Médaille étoit de la même famille.*

XIII. XIV. XV. Patras, *Ville d'Achaye, a fait frapper ces Médailles en l'honneur d'Auguste son fondateur. On voit la tête d'Auguste avec une couronne radiale, & ces deux Médailles ont été fabriquées après sa mort & son apothéose. Cette Ville se donne les noms suivans sur ses Médailles:* La Colonie Augusta Aroé de Patras.

XVI. XVII. XVIII. Merida, *Ville de Lusitanie sur le fleuve Anas aujour d'hui Guadiana, consacra ces Médailles à Auguste après sa mort. C'est pourquoi, autour de la tête de cet Empereur, qui est entouré d'une couronne radiale, on lit ces mots en abregé:* La Colonie Augusta Emerita. Auguste Pere. *On y marque aussi que cette Colonie avoit droit de battre Monnoye* par la Permission d'Auguste. *Le Revers & l'inscription de la première nous font connoître, qu'on avoit dressé dans la même Ville un Autel* à la Providence Auguste. *Le Tipe de la seconde représente les portes & les murs de la Ville, avec cette Inscription:* La Colonie Augusta Emerita. *Auguste y avoit placé des Vétérans, c'est-à-dire des vieux Soldats qui avoient fait leur tems à la guerre; & c'étoit d'eux qu'elle avoit tiré le nom d'*Emerita.

XIX. XX. Jule *César avoit envoyé une Colonie à Beryte Ville de Phenicie, & cette Colonie fut depuis augmentée par Auguste: ce qui fut cause qu'elle prit les surnoms de* Julia *&* d'Augusta, *comme il paroit par cette Médaille frappée après la mort d'Auguste, où* la Colonie de Beryte *s'attribue les Titres de* Julia Augusta Felix. *Le Tipe contient le simbole ordinaire des Colonies, savoir, un habitant de Colonie qui chasse des bœufs devant lui.*

XXI. XXII. Auguste *transporta aussi de nouveaux habitans dans la Sicile & en peupla Panorme,*

norme, ou Palerme, qui avoit été autrefois la Capitale de cette Isle, sous la domination des Carthaginois. C'est pourquoi, auprès de la tête d'Auguste, qui porte une couronne radiale, parce qu'il étoit déja mort pour lors, on lit cette Inscription sur le contour: Des Panormitains. *Le champ du Revers contient deux simboles, l'un de la Sicile, savoir, trois jambes avec une tête ailée au milieu; & l'autre représente le signe sous lequel on prétend qu'Auguste étoit né, c'est-à-dire le Capricorne. L'Inscription qui est sur le contour, marque que cette Médaille a été frappée* sous Cneus Domitius Proconsul. *Voyez là-dessus notre Commentaire sur la* Sicilia Numismatica de Philippe Paruta. *Ce Proconsul Domitius, sous lequel cette Médaille a été frappée, étoit fils de L. Domitius & d'Antonia la jeune, & fut pere de l'Empereur Neron. Il avoit épousé la jeune Agrippine, fille de Germanicus, petite niéce de Tibere, & arriere petite niéce d'Auguste. Sur quoi voyez* Jean Vaillant, *Tom.* I. *p.* 58.

XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Les *Médailles des Colonies étant finies, nous passons maintenant aux Médailles Grecques qui ont été frappées sous le même Auguste. La premiére représente la tête de ce Prince nuë & sans Légende. Sur le Revers, on trouve son nom d'*Auguste, *avec le signe du Capricorne sous lequel il étoit né. La seconde a été frappée par les Abydeiens dans l'Hellespont. La Lyre, qu'on voit dans le Tipe, marque que cette Ville étoit particulierement attachée au Culte d'Apollon. Le nom d'*Auguste *se trouve encore gravé sur la troisiéme, dont le Tipe contient un croissant de Lune avec l'astre du Soleil au-dessus. Il y a quelque apparence que ceux qui ont frappé cette Médaille, ont voulu par-là comparer Auguste & Livie à ces deux astres.*

XXVII. XXVIII. Ces *deux Médailles ont été frappées dans l'Isle de Cos. La tête d'Hercule, couverte des dépouilles du Lion de Nemée, paroit sur le Revers de la premiére, avec cette Inscription:* Des Coïens, *sous* Pythonicus. *Sur la seconde, la tête d'Esculape est dépeinte couronnée de laurier, avec une Légende dont voici le sens:* Des Coïens, sous l'Archonte Nicagoras. *On trouve aussi ces Médailles dessinées parmi celles d'Auguste dans le Trésor d'*André Morel *Planche* XLVI. *N°.* 11. *&* 12. *Sur la premiére face de l'une & de l'autre on voit la tête d'Auguste couronnée de laurier, avec cette Légende:* Auguste; *ainsi que nous l'apprenons de* Charles Patin: *mais on remarque à la p.* 33. *que cet habile homme n'a pû dé-*

primariam quondam Poenorum urbem Panormum auxit. PANORMITANORVM in antica legitur juxta radiatum Augusti (utpote mortui) caput; ab altera vero parte aream nummi duo inplent symbola, alterum Siciliae, tria crura cum capite alato in medio; alterum nativitatis Augusti, Capricornus; ora nummi indicat sub CN*eo* DOM*itio* PROCO*n*S*ule* signatum fuisse nummum. Inspice Commentarium nostrum ad *Philippi Parutae Siciliam Numismaticam.* Domitius is Proconsul, sub quo nummus est cusus, pater exstitit Imperatoris Neronis, abgener Augusti, progener Tiberii Imperatoris, L. Domitii & Antoniae minoris filius, & Agrippinam juniorem matrimonio tenuit. Adde *Jo. Vaillantium* Tom. I. p. 58.

XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Finitis Coloniarum nummis, progredimur ad Graecos sub eodem Augusto cusos. Primus ex illis caput Augusti nudum sine epigraphe exhibet, atque ab altera parte nomen ejus CEBACTOC. i. e. *Augustus*, cum signo ejusdem natalitio, Capricorno. Ab Abydenis in Hellesponto cusus alter, cultum ibidem Apollinis insculpta lyra testatur. Tertius, *Augusti* iterum, Graeco inscriptus nomine Lunam crescentem exhibet, & desuper Solis astrum, quibus coeli luminibus Augustum & Liviam forte adsimulare voluerunt illi qui nummum signarunt.

XXVII. XXVIII. Apud Coos vel Coios cusi sunt hi duo nummuli; prior Herculis caput, leonis exsuviis tectum praefert, alter AEsculapii laureatum. Inscriptio prioris est ΠΥΘΟΝΙΚΟC ΚΩΙΩΝ. i. e. *Pythonicus Coiorum*, posterioris: ΝΙΚΑΓΟΡΑC ΑΡχων ΚΩΙΩΝ i. e. *Nicagoras Archon Coiorum.* Produxit hos quoque ad Augusti Numismata Tab. XLVI. Num. 11. & 12. *Andr. Morellius.* A parte priore Augusti caput est laureatum, cum inscriptione CEBACTOC. i. e. *Augustus*, ut ex *Carolo Patino* patet, qui posticae partis inscriptionem rectam non potuit adsequi, sicuti vi-

videri poteſt apud eumdem p. 33.

XXIX. Herculis arma typum hujus nummi faciunt, videlicet clava, arcus & pharetra, cum inſcriptione ΑΛΙΝΔΕΩΝ. i. e. *Alindaeorum*, in corona quernea. Alinda Cariae fuit urbs.

XXX. Ad Laodicenſes hic nummus ſpectat, ut ex inſcriptione patet. Ipſa tamen inſcriptio in nomine Magiſtratus corrupta eſt. Eam ſic reſtituendam puto: ΠΥΘΗC ΠΥΘΟΥ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. i. e. *Pythes Pythi filius, Laodicenſium.* Fons hujus emendationis eſt nummus non valde diſſimilis horum Laodicenſium apud *Nicolaum Franciſcum Haymium* in *Theſauro Britannico*, Tom. II. p. 268. Num. 10. in quo altera vice (ut ibidem vox ΔΕΥΤΕΡΟΝ adjecta ſignificat) Magiſtratum geſſit ille Pythes Pythi filius. Typus nummi ibi animadvertitur eſſe Jupiter Philalethes, dextra gerens aquilam, laeva veſtis laciniam tenens. Ante Jovem in area Dioſcurorum ſunt pilei. In hoc *Reginae* nummo addita capiti galea & haſta, quam laeva geſtat figura ſtans, Minervam innuere videtur. Sed quoniam veſtis haud muliebris videtur, neque Minervae eo modo adplicari ſolet, dextramque eodem modo, ut Jupiter ille in *Haymiano* & in alio, quem ipſe vidi, extendit; periit forte aerugine aquila, credidítque galeam & haſtam ſeſe videre pictor, quae in ipſo nummo non erant. Dijudicent, quibus inſpiciendi nummi facultas eſt. Dioſcurorum pilei ſeparatim ponuntur ante & poſt figuram ſtantem; nomen ΠΥΘΗC detritis duabus literis prioribus pictorem decepit, ut crediderit ſeſe videre ΟΓΙC pro ΘΗC quae literae integrae ſupererant in aere.

XXXI. In *Muſeo Theupoliano* juxta caput Auguſti laureatum legitur ΚΑΙCΑΡ. i. e. *Cæſar*. In Creta inſula cuſus eſt nummus, in urbe ibidem Cydonia, ut teſtatur inſcriptio ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. i. e. *Cydoniatarum*. Hiſtoriae fabularis memoria in typo eſt, Lupa praebens puero Mileto

déchiffrer l'Inſcription du Revers.

XXIX. Les *armes d'Hercule, ſavoir, ſa maſſuë, ſon arc & ſon carquois compoſent le Tipe de cette Médaille, avec l'Inſcription ſuivante, qui eſt renfermée dans une couronne de chêne:* Des Alindiens. *Alinde étoit une Ville de Carie.*

XXX. La *Médaille du preſent Article apartient aux Laodicéens, comme il paroit par l'Inſcription, quoiqu'elle ne ſoit pas entiére, car le nom du Magiſtrat ne s'y trouve plus: mais je crois qu'il faut la rétablir de cette façon:* Des Laodicéens, ſous Pythés fils de Pythe. *Ce qui me le fait juger, c'eſt que l'on trouve une Médaille à peu près ſemblable des mêmes Laodicéens dans le* Tréſor Britannique *de* François Haym, *Tom.* II. *p.* 268. *N°.* 10, *où il eſt marqué que ce Pythés fils de Pythe exerçoit la Préfecture* pour la ſeconde fois; *car c'eſt ce que ſignifie l'adverbe* ΔΕΥΤΕΡΟΝ, *qu'on lit dans l'Inſcription. Son Tipe repréſente Jupiter Philalethe, qui porte un aigle de la main droite, & qui tient la frange de ſon habit dans la gauche. On y remarque auſſi les chapeaux des Dioſcures placés dans le champ devant lui. Dans la préſente Médaille de la* Reine, *la figure qui eſt debout ſemble repréſenter Minerve, d'autant qu'elle a la tête armée d'un caſque & qu'elle tient une pique de la main gauche; mais, comme l'habit qu'elle porte ne paroit pas convenir à une femme & que Minerve n'a pas coutume d'être ainſi dépeinte ſur les Médailles, & vû d'ailleurs auſſi que cette figure étend la main droite de la même façon que Jupiter dans la Médaille de* Haym, *& dans une autre que j'ai vûë; toutes ces raiſons, dis-je, me font conjecturer que la rouille aura fait diſparoitre l'aigle, ce qui a été cauſe que le Graveur a crû voir un caſque & une pique où il n'y en avoit point. C'eſt à ceux qui poſſedent des Médailles de cette eſpèce à en juger. Les chapeaux des Dioſcures ſont auſſi placés ſeparement dans notre deſſein, car l'un eſt devant & l'autre derriere la figure dont nous venons de parler. Le nom,* ΠΥΘΗC, *dont les deux premiéres lettres étoient effacées, a trompé encore* Santi-Bartolo; *de ſorte qu'au lieu des lettres,* ΘΗC, *qui reſtoient entiéres ſur la Médaille, il a crû lire* ΟΓΙC.

XXXI. Dans *le* Cabinet de Theupoli, *auprès de la tête d'Auguſte couronnée de laurier on lit ce mot:* Céſar. *La Médaille dont il s'agit a été frappée à Cydonia Ville de l'Iſle de Crete, comme le prouve cette Inſcription:* Des Cydoniates. *Le Tipe fait alluſion à l'hiſtoire fabuleuſe du jeune Miletus, qu'on prétendoit avoir été alaité par une louve;* mais

mais nous en avons parlé ci-dessus, en expliquant une Médaille semblable de la premiére grandeur.

XXXII. Biblis, *Ville de Phénicie, a fait frapper cette Médaille. Le Tipe est une figure de femme à moitié nuë, avec une couronne tourrelée sur la tête, qui tient un enfant par la main. L'Inscription porte simplement :* Des Bybliens. Morel *donne aussi le dessein de ce même Revers dans son* Trésor des Emp. Rom. *parmi les Médailles d'Auguste, Planche* XXXIX. *N°.* 13; *& dans mon explication, qu'on peut voir au même endroit, je raporte ce Tipe à la fable d'Adonis, & au Culte que lui rendoit le peuple de cette Ville. Mais il est à propos de confronter ensemble ces deux desseins; car ils different en quelque chose, sur-tout par raport à la figure enfantine.*

XXXIII. Celle-ci, *qui a été aussi frappée dans la Phénicie, contient cette Inscription :* Le Peuple de Sidon; *il me semble du moins que c'est ainsi qu'il faut lire. Europe, fille de Cadmus & Sidonienne de naissance, est représentée dans le Tipe assise sur le dos du célebre taureau de la Fable, sous la figure duquel Jupiter s'étoit deguisé pour l'enlever. Elle tient de la main droite une des cornes du taureau, & de la gauche elle arrête son voile qui flotte au gré du vent.*

XXXIV. La *Médaille dont il s'agit maintenant, apartient encore à la même Ville, ainsi que cette Inscription le témoigne :* De Sidon. *Le char d'Astarte, Déesse des Sidoniens, est dépeint dans le Tipe. On remarque sur ce char en dedans certains petits points, qui nous indiquent qu'il y avoit eu autrefois sur la Médaille en cet endroit quelques lettres que le tems & la rouille ont consumées. Ces lettres contenoient l'ére de la Ville de Sidon; mais il nous est facile d'y suppléer par le moïen d'une Médaille semblable du* Cabinet Royal, *sur laquelle on lit l'Inscription suivante dans l'endroit en question :* L'An CXVII.

XXXV. Celle-ci *a été frappée en Egipte, & représente la Victoire, qui marche, portant une couronne de fleurs de la main droite & une palme de la gauche. L'Inscription marque* l'An XXXVIII. *Ces Médailles ont aussi coûtume de porter sur la premiére face la Légende suivante autour de la tête d'Auguste couronnée de laurier :* César Auguste.

XXXVI. Dans *le* Cabinet de Theupoli, *p.* 1097, *on lit ce mot auprès de la tête de l'Empereur couronnée de laurier :* Auguste. *On ajoute sur le Revers,* César. *Le Tipe représente un Temple de Jupiter Vengeur, avec une Enseigne militaire au milieu. On trouve aussi fort souvent ce*

Mileto ubera, de quo supra ad similem nummum primae magnitudinis egimus.

XXXII. Phoeniceus Bybli urbis nummus mulierem turritam seminudam exhibet, manu puerulum ducentem; adscribitur ΒΥΒΛΙΩΝ. i. e. *Bybliorum.* Ad *Morellii Thes. Imp. Roman.* in Augusti Numism. Tab. XXXIX. Num. 13. typum hunc (quem & ipse ex hoc nummo depinxit) retulimus ad Adonin ejusque fabulam & cultum apud populos illius terrae. Sed operae pretium est ipsas conferre picturas, discrepat enim in iisdem *Morellii* & *Santi-Bartoli* manus, in pictura praesertim pueri.


XXXIII. Et hic in Phoenicia cusus nummus inscribitur ΣΙΔΩΝΟΣ ΔΗΜΟΣ (ut mihi supplendum videtur) i. e. *Sidonis populus.* Depingitur Cadmi filia Europa, puella Sidonia, adultero Jove, sub specie tauri illam decipientis, vecta; dextra cornu tauri, laeva velum super caput fluitans tenet.

XXXIV. In eadem civitate (quod & inscriptio ΣΙΔΩΝΟΣ. i. e. *Sidonis*, docet) signatus est hic nummus. Depingitur currus Astartes, Deae Sidoniae. Intus in ipso curru punctula quaedam observantur, in fidem, quod ibi aerugine perierint aliquot literae, quae videlicet aeram continebant, atque suppleri possunt ex simillimo *Thesauri Regii* nummo. AEra haec in eodem invenitur : Λυκάβαντος ΖΙΡ. i. e. *anno* CXVII.


XXXV. In AEgypto cusus nummus Victoriam depingit, quae graditur dextra sertum gerens, laeva palmam, adscribitur Λυκάβαντος ΑΗ. i. e. *anno* XXXVIII. Ejusmodi nummi juxta caput Augusti laureatum in parte antica hanc habere solent inscriptionem : ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. i. e. *Caesar Augustus.*

XXXVI In *Museo Theupoliano* p. 1097. juxta caput Imperatoris laureatum legitur : ΣΕΒΑΣΤΟΣ. id est, *Augustus.* Sequitur ab altera nummi parte : ΚΑΙΣΑΡ. i. e. *Caesar.* In hoc AEgyptio nummo Jovis Ultoris depingitur Templum,

TAB. XIII.



ΕΠΙ ΚΟΥΑ ΛΕΟΝΤΟΣ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΗΜΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ
ΠΑΡΑΣΙ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΙΕΡ
ΝΙΚΟΠ
ΣΕΒΑΣΤΟ
ΦΙΛΑΣ ΤΟΡ Α ΝΕΘΗ ΚΕΝ.
ΚΑΙ ΣΑΡ
ΘΕΣ ΣΑΛΟ ΝΙΚΕ ΩΝ
ΡΟΣ
ΑΛ ΑΕ.
ΗΦΕ ΣΙΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟ
ΤΑΡ ΣΟΥ
ΜΗΤΡΟΠΟΛ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΠΕΡΓΑ
ΠΕΡΓΑΜΟΣ
ΚΑΙΣΑΡΑ
AVG
S·C
PIETAS
S·C



plum ſicuti paſſim in Argenteis Romanis, cum ſigno militari in medio.

XXXVII. CRETAE urbs Gnoſus ſive Gnoſſus, quae paſſim Labyrinthum Minois, Daedali opus, in nummis depingere ſolet, hunc ſignavit, & in illo famoſum illud opus, in cujus ſummo ſolis eſt aſtrum, ad latera ſunt fulmen & ara cum foco, quae ſymbola ad Minois & Paſiphaës fabuloſam ſpectant originem a Jove ſcilicet & Sole, ſive Apolline. Adſcribitur: ΓΝΩΣΙΩΝ. i. e. *Gnoſiorum.*

XXXVIII. SUCCEDIT Miletus, nobiliſſima Ioniae urbs, quae Templum Didymei Apollinis hexaſtylum huic nummo inſculpſit; legitur ſubtus: ΜΙΛΗΣΙΩΝ. i. e. *Mileſiorum.*

XXXIX. XL. CAPUT Auguſti laureatum hanc in circuitu habet inſcriptionem: ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ. i. e. *Caeſari Auguſto Pontifici Maximo.* Ab altera parte legitur: ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΖΚ. i. e. *Pontificiam Coronam* (ſcilicet offerunt) *Antiochenſes anno* XXX. in Corona Pontificia. Conſule de ejuſmodi nummis *Laurentium Begerum* in *Theſ. Brand.* Tom. II. p. 604. *Carolum Patinum* in *Nummis Imperat. ex aere medio* &c. p. 37. Eminentiſſ. *Noriſium de Epochis Syromaced.* p. 255. & Commentarium noſtrum ad *Andr. Morellii Theſ. Imp. Rom.* in Numiſm. Auguſti Tab. XXXIX Num. 5. 6. 7.

ce Tipe ſur les Médailles d'argent frappées à Rome.

XXXVII. GNOSUS, *ou Gnoſſus, Ville de Crete, qui faiſoit ordinairement graver ſur ſes Médailles le Labyrinthe de Minos, a fait battre celle-ci. Ce fameux ouvrage de Dédale y eſt dépeint à l'ordinaire avec un Soleil au-deſſus. On remarque aux deux côtés une foudre & un autel avec un foyer: Simboles qui ſe raportent à l'origine de Minos & de Paſiphaé, qui deſcendoient ſelon la fable, l'un de Jupiter, & l'autre du Soleil ou d'Apollon. L'Inſcription porte:* Des Gnoſiens.

XXXVIII. MILET, *Ville très-célèbre de l'Ionie, a fait dépeindre ſur cette Médaille le Temple à ſix colomnes d'Apollon Didymien: On lit au-deſſous:* Des Mileſiens.

XXXIX. XL. LA *tête d'Auguſte eſt ici couronnée de laurier, & environnée de cette Légende:* A Céſar Auguſte, Souverain Pontife. *Sur le Revers on trouve ces mots, écrits dans une couronne Pontificale:* Les Antiochiens *offrent* cette Couronne Pontificale, *l'An* XXX. *Conſultez ſur ces ſorte des Médailles* Laurent Beger, dans ſon Tréſor de Brandeb. *Tom.* II. *p.* 604; Charles Patin, Médailles des Emp. en moïen bronze &c. p. 37; *Le Cardinal* Noris, *dans ſon Livre* de Epoch. Syro-Macedon. p. 255; *& enfin mon Commentaire ſur les Médailles d'Auguſte dans le* Tréſor de Morel, *Planche* XXXIX. *N°.* 5, 6, 7.

TABULA XLVI.

Quae complectitur Numiſmata Auguſti ejuſque Domus Graeca &c.

NUM. I. II.

CAPUT Auguſti nudum hanc habet epigraphen: ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ. i. e. *Caeſar Auguſtus.* Ab altera parte litera Α. majuſcula cernitur in Corona Pontificia, quae radios ſpargit. Nummus hic ad Antiochiam referendus eſt, iſque, ſicuti ulti-

PLANCHE XLVI.

Où l'on trouve des Médailles Grecques d'Auguſte & de ſa Famille.

MEDAILLES I. II.

LA *tête d'Auguſte eſt ici repréſentée nuë avec cette Légende:* Céſar Auguſte. *De l'autre côté la lettre,* A, *eſt écrite en gros caractere dans une couronne Pontificale entourée de raïons. Cette Médaille doit être raportée à la Ville d'Antioche, qui la fit frapper, de même que la derniere de la Planche précédente, pour féliciter Auguſte*

 ſur

sur le Souverain Pontificat dont il avoit pris possession après la mort de Lepide: Auguste n'ayant pas voulu lui faire l'affront de le dépouiller de cette dignité pendant sa vie. La lettre A, *qui se trouve sur notre Revers, peutêtre interpretée diversement. On peut la prendre, ou pour la premiére lettre du mot d'* Ἀρχιερατικὸν, *qui signifie* Couronne Pontificale, *ou pour la premiére d'* Ἀντιοχέων, *qui veut dire* des Antiochiens.

III. IV. Quoique Santi-Bartolo *ait dessiné cette Médaille parmi celles d'Auguste, elle apartient néanmoins à Tibere, comme on le peut voir chez* Vaillant, *qui l'attribue à ce dernier; car il raporte la Légende entiere de la tête qu'il avoit vüë à Rome sur une Médaille du* Cabinet de Leonard Augustin, *Florentin. Or la Légende qui est gravée sur cette Médaille autour de la tête de Tibere couronnée de laurier, contient ces mots:* Tibere César Auguste. *Mais il semble qu'on ne lisoit que ceux-ci sur la Médaille de* la Reine*:* Tibere Auguste; *car dans une Médaille qu'*André Morel *a publiée parmi celles de la Famille Terentia, & qui a pareillement été dessinée, si je ne me trompe, sur la Médaille de la* Reine de Suede, *on n'aperçoit que ces lettres:* .... ΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *qui sont les dernieres du mot* ΤΙΒΕΡΙΟΣ. *Le Revers nous apprend, où & sous qui cette Médaille a été frappée; car on y lit cette Inscription dans une couronne de laurier:* Du Peuple Egéen, sous Culleon. *Le mot,* ΔΗΜΟΥ, *n'est pas entier chez* Vaillant, *on n'y trouve que les trois premiéres Lettres* ΔΗΜ. *Ainsi la Médaille de* L. Augustin *qu'il cite, ne paroit pas être sortie du même moule que la nôtre. Les Egéens ou Egéates habitoient la ville d'Ege, dans l'Eolide, & faisoient graver sur leurs Médailles les noms de leurs Préfets. Culleon étoit le surnom de la Famille Terentia chez les Romains.*

V. VI. Autour *de la tête nuë d'Auguste, on trouve sur celle-ci l'Inscription suivante:* Des Césaréens, sous Pollion. *Il y a sur le Revers un fort beau Temple à huit colonnes, avec un caducée ailé dans le champ à côté, & cette Inscription sur le contour:* Menandre, fils de Parasius. *Cette belle & curieuse Médaille, que je garde aussi dans* mon Cabinet, *a été frappée à Césarée de Palestine. Je l'ai expliquée fort au long dans mon Commentaire sur les Médailles d'Auguste dans le* Trésor de Morel, *Planche* XLI. *N°.* 21, 22. *Le*

ultimus praecedentis Tabulae, Augusto Pontificatum Maximum gratulatur, postquam vivis exemtus esset Lepidus; illi enim honorem istum auferre non sustinuit Augustus. Literam A. vel interpretari possumus per Ἀρχιερατικὸν, sive *Pontificiam Coronam*, vel per Ἀντιοχέων. i. e. *Antiochensium.*

III. IV. Quamvis nummum hunc inter Numismata Augusti depinxerit *Santi-Bartolus*, tamen ad Tiberium pertinet. Ad quem quoque retulit *Jo. Vaillantius*, qui integram capitis inscriptionem protulit ex *Museo Leonardi Augustini* Florentini, Romae. Est vero haec juxta Tiberii laureatum caput: ΤΙΒέρι❍ ΚΑΙΣαρ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. i. e. *Tiberius Caesar Augustus*, vel, ut in *Reginae* nummo videtur exstitisse, ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. i. e. *Tiberius Augustus.* Nam in nummo, quem (ex *Reginae* pariter, ut suspicor, *Museo*) publicavit *Andreas Morellius* in Familia Terentia, similiter hae tantum adparent literae ... . ΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. quae postremae sunt nominis ΤΙΒΕΡΙΟΣ sive Tiberii. Ubi & sub quo signatus fuerit nummus aversa pars docet. Legitur ibi in Corona laurea: ΕΠΙ ΚΟΥΛΛΕΩΝΟΣ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΗΜΟΥ. i. e. *Sub Culleone, AEgeorum populi.* Vox ΔΗΜΟΥ haud integre legitur apud *Vaillantium*, sed modo tres priores ejusdem literae ΔΗΜ. unde ex alia matrice *L. Augustini*, quem laudat, nummus provenisse videtur. AEgei seu AEgeatae, AEolidis urbem AEgas inhabitabant, atque Praetorum nomina in nummis adponebant. Culleo cognomen fuit gentis sive familiae Terentiae apud Romanos.

V. VI. Juxta caput Augusti nudum scribitur: ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΠΩΛΛΙΩΝ❍. i. e. *Caesareënsium, Pollionis.* Ab altera parte elegans est Templum octo columnarum, cum caduceo alato ad latus in area, atque hac in circuitu epigraphe: ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. i. e. *Menandri Parasii filii.* Pluribus insignem hunc nummum, qui in *Museo nostro* quoque invenitur, & Caesareae in Palaestina cusus fuit, illustra-

ſtravimus in Commentario noſtro ad *Theſaur. Morell. Imp. Roman.* inter Numiſmata Auguſti Tab. XLI. Num. 21. 22. Pollio hic fuit Vedius Pollio, ut in aliis ſcribitur nummis; ex quo nomine atque capite hoc Auguſti nudo, olim nimis oſcitanter nonnulli Ovidium Naſonem Poëtam ejuſque vultum finxerunt.

VII. VIII. Honorem quem conditori ſuo urbs Nicopolis habuit, hujus nummi inſcriptione teſtatur. Ad caput enim Auguſti nudum incipit inſcriptio, quae in poſtica deinde parte pergit hoc modo: ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΙΕΡΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. i. e. *Auguſtum Conditorem* (ſcilicet colit) *ſacra Nicopolis.* In corona roſtrata cernitur acroſtolium, vel palmae ramus ingens; utrumque typus eſt victoriae navalis ad Actium de M. Antonio & Cleopatra, in cujus memoriam urbem Nicopolin in Epiro condidit Auguſtus, qui & ſacra ibidem certamina inſtituit.

IX. In *Muſeo Theupoliano* p. 834. juxta caput Imperatoris nudum haec adeſt inſcriptio: ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. i. e. *Auguſti Conditoris.* Legitur ab altera parte: ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. i. e. *Sacra Nicopolis.* Stat Victoria dextra ſertum tenens, in memoriam pariter victoriae Auguſti Actiacae.

X. XI. Conjuncta utriuſque partis inſcriptio haec eſt: ΜΥΛΑΣΕΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩ ΘΑΛΑΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. i. e. *Mylaſenſium. Auguſto Thalaſtus poſuit.* Quae poſteriora in corona quernea ſive civica leguntur; in anteriore vero parte quadrigae exprimuntur, quibus falſo inſiſtere ipſum Auguſtum credidit *Jo. Vaillantius*, qui p. 4. ſimilem nummum citat ex Muſeo *Patris Aſſelini*, neque etiam galeato capite (ut *Santi-Bartolus* fecit) pingi debuit; eſt enim Dionyſi Patris imago, qui laeva Thyrſum tenet hedera involutum, dextra vero cantharum, ut clariſſime adparet ex pictura *Morelliana* nummi, quem vidit in *Muſeo Canonici Dronii*, & cujus pictura cum Commentario noſtro cerni poteſt inter Auguſti Numiſm. Tab. XL. Num.

Le Pollion dont il s'agit ici, s'apelloit Vedius Pollio, comme on le ſait par d'autres Médailles: ce nom, joint à la tête nuë d'Auguſte, a fait autrefois tomber en erreur quelques Antiquaires, qui, n'ayant pas examiné d'aſſez près les lettres de cette Inſcription, ſe ſont imaginés que la tête & le nom du Poëte Ovidius Naſo étoient gravés ſur cette Médaille.

VII. VIII. L'Inscription *de cette Médaille contient un témoignage public de l'extrème vénération que* la Ville Sacrée de Nicopolis *avoit pour* Auguſte ſon Fondateur; *car, c'eſt ce que ſignifient en ſubſtance les paroles qu'on lit ſur le contour, tant de la tête que du Revers. On voit dans le Tipe une couronne roſtrale, qui renferme une prouë de vaiſſeau, ou bien un grand rameau de palme. L'un & l'autre ſont un ſimbole de la victoire navale remportée par Auguſte à Actium ſur Antoine & Cléopatre. Auguſte avoit depuis fait bâtir cette Ville en Epire, & lui avoit donné le nom de Nicopolis, en mémoire de cette grande victoire. Il y avoit auſſi établi des Jeux ſacrés pour la même fin.*

IX. Dans *le* Cabinet de Theupoli *p.* 834, *on trouve cette Légende autour de la tête nuë de l'Empereur:* D'Auguſte Fondateur; *& l'Inſcription du Revers eſt exprimée de la ſorte:* La Ville Sacrée de Nicopolis. *Dans le Tipe, la Victoire debout tient de la main droite une couronne de fleurs, ſimbole qui ſe raporte pareillement à la victoire d'Auguſte à Actium.*

X. XI. L'Inscription *entiére de cette Médaille, c'eſt-à-dire, tant de la tête que du Revers, contient ce qui ſuit:* Des Mylaſiens. Thalaſte a érigé ce monument à Auguſte. *Cette derniere partie de l'Inſcription eſt gravée ſur le Revers dans une couronne civique ou de chêne. On remarque de l'autre côté un char à quatre chevaux.* Jean Vaillant, *qui cite à la p.* 4. *une Médaille ſemblable du* Cabinet du Pere Aſſelin, *s'eſt imaginé fauſſement, que la figure qui eſt ſur le char repréſentoit Auguſte. Cette figure n'auroit pas dû non plus être dépeinte avec un caſque en tête, comme a fait* Santi-Bartolo; *vû que c'eſt une ſtatuë du Pere Dionyſius ou Bacchus, qui tient de la main droite un tirſe entortillé de lierre, & de la gauche une cruche de vin. Car on aperçoit fort diſtinctement tous ces ſimboles dans le deſſein que* Morel *nous a donné d'une Médaille qu'il avoit vûë dans le* Cabinet du Chanoine Dronius. *On peut voir ce deſſein avec notre Commentaire, parmi les Médailles d'Auguſte, Planche* XL. *N°.* 13.

13. & 14, *dans le Livre* de Morel *que nous avons déja cité tant de fois, je veux dire le* Trésor des Médaill. des Emp. Rom. *Mylasus ou Mylassus étoit une Ville de Carie.*

XII. XIII. Cette *Médaille a encore été frappée en mémoire de la victoire d'Actium. La première face représente la Victoire debout sur un globe, avec un rameau de palme & une petite Couronne, & avec cette Inscription:* César. *On lit sur le Revers:* Des Thessaloniciens. *Cette derniere Inscription est renfermée dans une couronne de chêne, pour marquer que cette victoire avoit procuré le Salut de la Patrie & des Citoyens.*

XIV. XV. On *voit sur celle-ci un épi d'une prodigieuse grandeur, avec ce mot écrit au-dessus:* De César. *Cette Médaille a été frappée à Alexandrie d'Egipte, comme le témoignent, tant les lettres* AL. AE., *que le palmier, qui est le simbole ordinaire de cette Ville. On peut aussi remarquer qu'on a employé les deux langues, c'est-à-dire, tant la Grecque que la Latine, dans les Inscriptions qui se trouvent sur cette Médaille.*

XVI. XVII. XVIII. Sur *la première face de ces Médailles de* la Reine, *aussi bien que de celles que j'ai dans* mon Cabinet, *les têtes d'Auguste & de Livie sont dépeintes jointes ensemble, mais sans Inscription. Le Revers offre à la vûë une figure de cerf auprès d'un simulacre de la Déesse d'Ephese, avec cette Inscription sur le contour:* Des Ephesiens.

XIX. XX. Les *têtes d'Auguste & de Livie sont encore gravées sur celle-ci, & la tête d'Auguste y est couronnée de laurier de même que sur la précédente. De plus, on y lit ce mot sur le contour:* Auguste. *Le Revers représente les têtes de Caius & de Lucius, petits-fils d'Auguste, vis-àvis l'une de l'autre. L'Inscription entiere contient les paroles suivantes:* Des Pergamiens, sous Denis. Aux Fils d'Auguste. *Car c'est ainsi que* Vaillant *qui avoit vû cette Médaille pendant qu'elle étoit encore dans le* Cabinet du Chevalier Gottefredi, *d'où elle passa ensuite dans celui de la* Reine Christine*; c'est ainsi, dis-je, que* Vaillant *raporte p. 5. l'Inscription dont il s'agit, qu'il a beaucoup mieux lûë que n'a fait* Santi-Bartolo.

XXI. XXII. Cette *Médaille est fort rare & d'une grande beauté. On voit sur la première face les têtes d'Auguste & de Livie qui se regardent l'une l'autre. Celle d'Auguste est couronnée de laurier & le nom de ce Prince est marqué au bas. Dans la partie superieure on a dépeint un crois-*

Num. 13. 14. in saepius laudato *Thesauro Morelliano Imp. Rom.* Mylasus sive Mylassus Cariae fuit urbs.

XII. XIII. Victoriam Augusti Actiacam hoc quoque nummo celebratam cernimus. In antica parte insistens globo cernitur Victoria cum palma & corolla, atque hac inscriptione: ΚΑΙϹΑΡ. i. e. *Caesar.* Ab altera parte in Corona quernea (parta scilicet per illam victoriam civium salute) legitur ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. i. e. *Thessalonicensium.*

XIV. XV. Ingens erigitur spica cum adscripto nomine ΚΑΙϹΑΡΟϹ. i. e. *Caesaris.* ALexandria AEgypti, adposito terrae suae symbolo, palma arbore, testatur cusum ibidem bilinguem hunc nummum fuisse.

XVI. XVII. XVIII. Juncta sive jugata Augusti & Liviae capita, sine epigraphe pinguntur in antica *meorum* atque horum ex *Museo Reginae* nummorum parte; in postica Cerva Dianae sacra, & ipsius Dianae Ephesiae simulacrum prostant cum epigraphe: ΕΦΕϹΙΩΝ. i. e. *Ephesiorum.*

XIX. XX. Juxta jugata Augusti (cujus caput hic, ut & in praecedente nummo, laureatum est) & Liviae capita legitur: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. i. e. *Augustus.* Inscriptio aversae partis, quae opposita Caji & Lucii, filiorum sive nepotum Augusti, habet capita, integra haec est: ΕΠΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΙΣ. i. e. *Sub Dionysio, Pergamenorum, Augusti filiis.* Sic enim magis integre, quam in hac pictura cernitur, in eodem rarissimo hoc nummo, quum adhuc exstaret (transiit enim postea *Museum* illud ad Cimelium *Reginae*) *in Museo Equitis Gottifredi* pag. 5. legit *Jo. Vaillantius.*

XXI. XXII. Eximiae raritatis & praestantiae hoc est Numisma, in quo opposita sibi invicem deprehenduntur Augusti atque Liviae capita, Augusti quidem laureatum; cujus nomen ΣΕΒΑΣΤΟΣ. i. e. *Augustus*, in ima

ima nummi ora legitur; in ſumma parte luna creſcens cum corona roſtrata, & oppoſitis capitibus Cai & Lucii, filiorum ſeu nepotum Auguſti, cum totidem aſtris in vertice, & inſcriptione populi, qui ſignavit nummum: ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. i. e. *Alabandenſium.* In Caria fuit urbs Alabanda, quae inſigne hoc Numiſma protulit. Perperam vero videtur *Santi-Bartolus* alterum ex capitibus puerilibus laurea ornaſſe, alterum femininum feciſſe, neque potuit ſic exſtare in ipſo nummo, quem quoque oculis ſuis inſpexit *Jo. Vaillantius*, & liberorum Auguſti capita eſſe teſtatur p. 7. Imo apud *Eminentiſſimum Cardinalem Noriſium* in *Cenotaphiis Piſanis* clariſſime adparent capita duo puerilia, quem confer ibidem p. 79. ubi recte roſtrata corona caput Agrippae ornatur, quae tamen radiata adparet in *Vaillantii* pictura atque *Petri Santi-Bartoli.*

XXIII. XXIV. Thraciae Rex Rhoemetalces in honorem Auguſti nummos ſignavit, in quibus ab altera parte Auguſti, benefactoris ſui, poſuit caput nudum cum epigraphe: ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. i. e. *Caeſaris Auguſti*, ab altera parte laureatum ejuſdem Auguſti & Liviae Auguſtae capita jugata, non vero ſuum uxoriſque ſuae, ut crediderunt Antiquarii, quos refutavi in *Hiſtoria Univerſali Numiſmatis illuſtrata*, in Regibus Thraciae. Clariſſime enim in *meo nummo*, aliiſque quos vidi, ab utraque parte Auguſti eſſe capita cognovi, quamvis adſcribatur nomen Regis, cujus ſcilicet juſſu cuſum Numiſma fuerit: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. i. e. *Regis Rhoemetalcis.*

XXV. XXVI. Pariter in hoc Rhoemetalcis nummo duplici modo Auguſti exprimitur caput, a priore parte nudum cum inſcriptione: ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. i. e. *Caeſaris Auguſti;* a poſteriore cum capite ejuſdem laureato, atque epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. i. e. *Regis Rhoemetalcis.*

XXVII. XXVIII. Detritis aerugine & uſu reliquis literis nihil in prima nummi parte remanſit, quod legi poſſit, praeter vocem CEBACTO...... i. e.

croiſſant de Lune. Il y a trois têtes ſur le Revers. La premiére eſt celle d'Agrippa qui eſt ornée d'un croiſſant & d'une couronne roſtrale. Les deux autres ſont de Caïus & de Lucius, petits-fils d'Auguſte, qui s'entre-regardent, & qui ont chacun un étoile au-deſſus du front. L'Inſcription contient le nom du Peuple qui a frappé cette belle Médaille, ſavoir, Des Alabandiens, *ou* des Habitans d'Alabanda, *qui étoit une Ville de Carie.* Santi-Bartolo *a gravé l'une de ces têtes d'enfans avec une couronne de laurier, & a donné à l'autre un viſage de fille. En quoi il ſemble avoir erré doublement; car* Vaillant, *qui avoit auſſi vû & conſideré cette Médaille, témoigne p. 7. que ce ſont les têtes des deux petits-fils d'Auguſte. De plus on trouve auſſi deux têtes de garçons très-diſtinctement gravées dans les* Cenotaphes *ou* Inſcriptions Sépulcrales de Piſe *du* Cardinal Noris, *comme on peut le voir à la p. 79, où la tête d'Agrippa eſt auſſi ornée d'une Couronne roſtrale, au lieu de la radiale que lui prêtent les deſſeins de* Vaillant *& de* Santi-Bartolo.

XXIII. XXIV. Rhoemetalces, *Roi de Thrace, fit auſſi fraper des Médailles à l'honneur d'Auguſte ſon bienfaiteur, & y fit repréſenter d'un côté la tête nuë de ce Prince, avec cette Légende:* De Céſar Auguſte. *On trouve de l'autre côté deux têtes jointes enſemble, & dont l'une eſt couronnée de laurier; ce ſont celles d'Auguſte & de Livie, & non pas les têtes de Rhoemetalces & de ſa femme, comme l'ont crû quelques Antiquaires que j'ai réfutés dans* l'Hiſtoire Univerſelle éclaircie par les Médailles, *en parlant des Rois de Thrace. Car, en examinant* ma Médaille *& d'autres encore que j'ai vûës, j'ai remarqué très-clairement que c'étoit la tête d'Auguſte qui y étoit gravée des deux côtés, quoique le nom* du Roi Rhoemetalces *ſoit marqué dans l'Inſcription, à cauſe que ces Médailles furent frappées par ſon ordre.*

XXV. XXVI. La *tête d'Auguſte eſt encore repréſentée ſur celle-ci en deux maniéres differentes. Sur la premiére face elle eſt dépeinte nuë, avec cette Légende ſur le contour:* De Céſar Auguſte; *& ſur le Revers elle eſt ornée d'une couronne de laurier, avec l'Inſcription ſuivante:* Du Roi Rhoemetalces.

XXVII. XXVIII. Une *grande partie des lettres qui étoient gravées ſur la premiére face de cette Médaille ont été conſumées par le tems & par la roüille; de ſorte qu'il n'y reſte plus que ce* mot

mot qui soit encore lisible, CEBACTO . . . . *c'est-à-dire*, Auguste . . . . *Les têtes d'Auguste & de Livie y sont encore représentées vis-à-vis l'une de l'autre. De l'autre côté il y a un Temple à huit colomnes, qui semble avoir été consacré en leur honneur par les habitans de Tarse; car l'Inscription porte:* De Tarse Métropole. *Sur le frontispice de ce Temple on remarque quelques lettres que* Santi-Bartolo *a lû de cette maniere*, ΔΙΟC. ΚΙΛΙΚ. Jean Vaillant, *qui avoit vû & examiné cette Médaille pendant qu'elle étoit encore dans* le Cabinet du Chevalier Gottefredi, *a crû qu'il faloit lire:* ΟΡΕΙΟΙC ΚΙΛΙΚΙΑC, *c'est-à-dire*, aux Montagnards de la Cilicie. *Mais* André Morel, *qui après* Vaillant *a dessiné la même Médaille, depuis qu'elle eut passé dans le* Cabinet de la Reine, *a écrit ces lettres de la sorte sur le frontispice du Temple*, ΚΟΙΝον ΚΙΛΙΚίας: *ce qui signifie* la Communauté de Cilicie. *Cette derniere leçon est sans doute la véritable; car on trouve la même Inscription sur le frontispice d'un Temple tout semblable à celui-ci, (si-non qu'il a dix colomnes) dans des Médailles de Nerva, de Marc Aurele & de quelques autres Empereurs. Le Temple dont il s'agit avoit été bâti à fraix communs par les habitans de Cilicie, comme nous l'apprend l'Inscription; & Tarse, en qualité de Métropole de cette Province, le fit représenter sur ses Médailles. Le Dessein de* Morel *se trouve dans son* Trésor des Emp. Rom. *entre les Médailles d'Auguste, Planche* XLVII. *N°.* 26. 27. *La tête d'Auguste y est placée à droite, & celle de Livie à gauche; mais c'est tout le contraire dans le dessein de* Santi-Bartolo.

XXIX. XXX. ON *a gravé sur celle-ci les têtes de Livie ou de Julie (comme on l'apella après la mort d'Auguste,) & de Tibere son fils, qui s'entre-regardent. La tête de Tibere est couronnée de laurier & on lit la Légende suivante sur le contour:* D'Auguste, & de l'Imperatrice Mere. *Sur le Revers on remarque un Temple à quatre colomnes, au milieu duquel il y a une statuë debout, qui tient une haste de la main droite. C'est une statuë d'Auguste, comme on le connoit par cette Inscription:* Les Pergamiens adorent le Dieu Auguste. *Mais* André Morel *a consideré differemment le Tipe de cette Médaille, & lû autrement les paroles de la dite Inscription, comme on peut le voir dans son* Trésor, *Planche* XLVI. *qui contient des Médailles d'Auguste, N°.* 18, 19. *Car les têtes d'Auguste & de Livie, y sont dépeintes sur*

i. e. *Augustus* . . . . . Adversa vero depinguntur Augusti atque Liviae capita. Ab altera parte Templum est octo columnarum, quod in eorumdem honorem Tarsenses in Cilicia consecrasse videntur. Inscriptio nummi est ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛεως. i. e. *Tarsi metropoleos.* Cernuntur insuper in peristylio Templi quaedam literae, quae *Petrus Santi-Bartolus* legit ΔΙΟC. ΚΙΛΙΚ. At *Joannes Vaillantius*, quum eumdem hunc nummum, antequam ad *Reginae Cimelium* eveheretur, examinaret in *Museo Equitis Gottifredi*, legendum judicavit: ΟΡΕΙΟΙC ΚΙΛΙΚΙΑC. i. e. *Montanis Ciliciae.* Post *Vaillantium* ex *Museo Reginae* depinxit *Andr. Morellius*, inque frontispicio Templi scripsit: ΚΟΙΝον ΚΙΛΙΚίας. i. e. *Commune Ciliciae.* Quae sine dubio vera lectio est. Invenitur enim eadem inscriptio in simillimi Templi sed decem columnarum frontispicio, in nummis Nervae, M. Aurelii, aliorumque Imperatorum. Indicat inscriptio a Communi universae Ciliciae exstructum ejusmodi Templum fuisse, quod quidem in nummis suis signavit Tarsus, utpote Metropolis Ciliciae. Pictura *Morelliana* invenitur in *Thesauro Imperator. Roman.* inter Numismata Augusti Tab. XLVII. Num. 26. 27. Ibidem facies Augusti ad dextrum nummi latus, Liviae ad sinistrum locatur, in *Santi-Bartoliana* pictura contra fit.

XXIX. XXX. ADVERSA cernuntur Liviae, sive, ut post mortem Augusti vocabatur, Juliae & filii ejus Tiberii laurea redimiti, capita, cum epigraphe: CEBACTOY CEBACTHC. i. e. *Augusti*, *Augustae.* Ab altera parte Templum est quatuor columnarum, in cujus medio statua (ut ex inscriptione agnoscitur) Augusti stantis & dextra hastam tenentis. Inscriptio haec est: ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ ΘΕΟΝ CEBACTON. i. e. *Pergameni Deum Augustum*, scilicet *colunt.* Sed & hunc nummum aliter legit consideravitque *Andr. Morellius* in *Thes. Imperat.* inter Numism. Augusti Tab. XLVI. Num. 18. 19. ibi enim in antica parte senis Augusti laurea-

reatum & Liviae depinguntur capita, ſupra quae legitur: CEBACTOI. i. e. *Auguſtus & Auguſta.* Ab altera parte pro ΘEON CEBACTON ſcribitur ΘEΩN CEBACTΩN. i. e. *Deorum Auguſti & Auguſtae;* ut innuatur Templum illud eſſe dictorum deorum, Auguſti videlicet & Liviae. Adhaerendum tamen magis picturae *Santi-Bartolianae* exiſtimo, quod is literas, quae per punctula eroſae indicantur in pictura *Morelliana* ſub capitibus Auguſti & Liviae, fuerit adſecutus, & Templum illud tantum unius Auguſti in medio ſtantem exhibeat imaginem.

XXXI. XXXII. CAPITA adverſa & laureata, Auguſti atque Tiberii; adſcribitur ſupra ΣEBACTOΣ. i. e. *Auguſtus;* infra videtur fuiſſe: TIBEPIOΣ. i. e. *Tiberius.* Tiberii mater conjux Auguſti, Livia, ſedet ab altera parte, dextra tenens haſtam, laeva ramum. Scribitur in circuitu: ΣEBAΣTHN ΠEPΓAMHNΩN . . . . . ΓP. i. e. *Auguſtam* (ſcilicet colunt) *Pergamenorum* . . . .

XXXIII. XXXIV. CAPUT Auguſti laureatum cum horoſcopo nativitatis ejus Capricorno, ab antica parte hanc habet inſcriptionem: ΠEPΓAMOC CEBACTON. i. e. *Pergamus Auguſtum;* ab altera parte perſequitur eamdem ita: KAICAPA AYTOKPATOPA. i. e. *Caeſarem Imperatorem*, ſubaudi *colit*. Templum idem, quod ſupra Num. XXX. atque eadem Auguſti ſtatua. Sub Templo eſt monogramma quoddam.

XXXV. *uſque ad* XL. LIVIAE hi ſunt nummi, qui videlicet caput ejus ſub variorum Numinum ſpecie varioque ornatu exhibent. In primo SALVS AVGVSTA vocatur, in ſecundo IVSTITIA, in tertio PIETAS. Primus ſub Tiberio cuſus eſt, ſecundus & tertius a Tito, Divi Veſpaſiani filio, reſtituti ſunt.

de ſuivante eſt gravée ſur le Revers: Sous Aurele Nicon Préfet pour la ſeconde fois. *Le Tipe contient un Temple à quatre colomnes, au milieu duquel il y a une ſtatue nuë d'Hercule, qui tient une maſſue de la main droite, & de la gauche la depouille d'un lion, qu'il empoigne du côté de la tête. La corde faite de cheveux, dont nous avons déja parlé tant de fois, lui pend au bras de la maniere décrite ci-deſſus.* Jean Triſtan *a publié dans ſon* II. *Tome p.* 331. *un Médaillon fort ſemblable à celui dont nous venons de faire mention; il en différe ſeulement en ce que la tête d'Hercule n'y eſt pas empreinte devant la face d'Elagabale comme dans le premier, mais qu'elle eſt appliquée au cou de cet Empereur, & qu'elle ne paroit point couverte d'une peau de lion. Ainſi nous trouvons ſur les Médaille, ce Temple & cette image d'Hercules dont* Pauſanias *nous parle dans l'endroit que nous avons cité. Entre ces Médailles, les unes, comme le Médaillon d'Elagabale, nous repréſentent le Temple avec la ſtatuë d'Hercule au milieu; les autres contiennent ſeulement le ſimulacre de ce Dieu: telle eſt la Médaille de Trajan qui fait le ſujet de cet Article, & une autre de Philippe, qui a été publiée par* Occo & *après lui par* Triſtan. *Ils raportent l'un & l'autre ſa Légende de cette maniere:* Des Erythréens, ſous le Préfet N. Hecataeus. *Quant à l'attitude où Hercule eſt ici dépeint, tenant ſa maſſue élevée de la main droite, & tendant de la gauche une peau de lion devant lui, le ſujet en eſt encore pris de la Fable; comme l'a très-bien remarqué* Jean Triſtan, *qui raporte à ce ſujet un paſſage d'*Apoſtolius de Bizance, *tiré de ſes Adages, Centur.* II. *Proverb.* 80, *où il dit, qu'*Hercule voulant paſſer dans l'Iſle d'Erythée, pour enlever les boeufs qui y étoient, ſe ſervit de la peau du lion pour voile, & de ſa maſſue pour mât. *Il y a toute apparence, que c'eſt par alluſion à cette hiſtoire fabuleuſe de l'Iſle d'Erythée dans l'Eſpangné qu'on a repréſenté dans notre Tipe Hercule de la maniere que nous avons décrite. On y a de plus dépeint la corde faite de cheveux dont* Pauſanias *nous a conſervé la mémoire dans ſes Ecrits; car ce qui pend au bras d'Hercule n'eſt pas la queuë du lion, comme* Triſtan *ſe l'eſt figuré; vû qu'il paroit par ſon deſſein même, qui eſt aſſez exact, que ce qu'il a pris pour une queuë de lion, eſt tors ſpiralement & en maniére de vis, ainſi qu'a dû être façonnée la corde en queſtion, qui étoit compoſée de diverſes ſortes de cheveux. Quant à l'erreur où ſont tombés* Santi-Bartolo & Vaillant, *qui*

tetraſtylon Templum, in cujus medio ſtat nudum Herculis ſignum, quod dextra manu clavam elevat, laeva vero exſuvias leonis, ſic ut capitis pellem manu teneat, dependente funiculo illo ſaepius memorato ex brachio. Simillimum per omnia Medallionem Elagabali ejuſdem vulgavit *Jo. Triſtanus* Tom. II. p. 331. qui tantum in eo diſcrepat, quod inpreſſum illud Herculis caput non occupet locum ante faciem, ſed locetur in ipſo Elagabali collo, neque leoninis exſuviis tectum adpareat. Habemus itaque & effigiem illam Herculis & ipſum Templum, utrumque a *Pauſania* memoratum. Ex quibus, ut in Elagabali Numiſmate, quandoque & ipſum Templum cum ſimulacro Herculis depingitur; nonnunquam vero ſola Herculis ſtatua, ut in nummo hoc Trajani, atque in altero Philippi, quem adducit *Occo*, atque ex illo *Triſtanus*, & in quo ſcribi ajunt: ΕΠΙ СΤΡ. Ν. ΕΚΑΤΑΙΟΥ ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. i. e. *Erythraeorum ſub praetore N. Hecataeo.* Quod vero dextra clavam elevet Hercules, laeva vero praetendat leonis exſuvias, iterum ex fabula petitum eſt, ut optime vidit *Jo. Triſtanus* adducto loco *Apoſtolii Byzantini* in Adagiis Centur. II. Proverb. 80. Ἡρακλῆς γὰρ (inquit) διαπεραιούμενος ἐπὶ τὰς Ἐρυθείας (ſic ſcribe pro Ἐρυθρείας) βοῦς, ἱστίῳ τῇ λεοντῇ ἐχρήσατο, ἱστῷ δὲ τῷ ῥοπάλῳ. i. e. *Hercules quum ad boves in Erythea transfretare vellet, pro velo leoninis exſuviis, pro malo clava uſus fuit.* Verum haec in Hiſpania contigerunt. Sed quomodocunque ſe res habeat, ſimulacrum hoc Herculis, novo more atque inuſitato depictum, clavam dextra manu in altum elevat, laeva vero dependente a brachio, uti diximus, funiculo ex muliebribus capillis contorto, praetendit pellem leoninam; neque enim (ut ſuſpicatur *Triſtanus*) de cauda leonis capi debet ille funiculus, qui in depicto ejuſdem nummo ſatis accurate adparet eſſe contortus, prouti debuit, quum ex variis conjungeretur capillis. Quod vero talem *Vaillantius* & *Santi-Bartolus* crediderint ſe videre,

re, nemo miretur, quum saepe in aere striatae quaedam occurrant lineae quae oculos fallere possint.

XXXVIII. Insignis Jovis erat cultus apud Cyrrhestas, sed peculiari cognomine. Vocabatur enim Καταιβάτης sive *Descensor* vel *Fulminator*. Is in nummis Philippi, patris atque filii, passim in Templo sex columnarum depingitur. Sed in hoc Trajani nummo, sicuti in aliis, sine Templo. Sedet enim Deus Graeco more palliatus, dextra tenens fulmen, laeva hastam; scribitur in circuitu: ΔΙΟϹ ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ ΚΥΡΡΗϹΤΩΝ. i. e. *Jovis Cataebatae, Cyrrhestarum.* Cyrrhus urbs erat Syriae in regione ejusdem Cyrrhestica dicta, translato ex Graecia nomine, prouti plurimae urbes Syriae sub Seleuco & filio ejus Antiocho exstructae Graeca atque Macedonica nactae fuerunt nomina. Proprium is Jupiter Cataebates Cyrrhestarum fuit Numen, sed & (uti *Tristanus* animadvertit Tom. I. p. 423.) adludere Syriaca haec civitas potuit ad victorias Trajani atque bene ominari Imperatori Romano, fore scilicet, ut veluti alter Jupiter Cataebates, in expeditione, quam moliebatur contra Parthos & Arabas, eosdem fulmine suo contereret. Ubi ostendit, Jovis illud proprium cognomen & epitheton, simili de caussa datum a *Lycophrane* fuisse Agamemnoni in Alexandra vs. 1369.

Πρῶτος μὲ ἥξει Ζηνὶ τῷ Λαπερσίῳ.
Ὁμώνυμος Ζεὺς, ὃς Καταιβάτης μολὼν,
Σκηπτῷ πυρώσει πάντα δυσμενῶν σταθμά.

i. e. *Primus quidem veniet Jovis Lapersii cognominis Jupiter; qui accedens Descensor, cuncta fulmine inflammabit hostium stabula.* Signatum certe fuisse nummum circa tempora expeditionis Parthicae adparet inde, quod Germanici & Dacici cognomina dentur Trajano in partis anterioris epigraphe, quae haec est: ΑΥΤΟΚράτωρ ΚΑΙσαρ ΝΕΡουα ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤος ϹΕΒαστὸς ΓΕΡΜάνικος ΔΑΚικὸς. i. e. *Imperator Caesar Ner-*

qui ont crû voir ici un javelot, personne n'en doit être surpris; car il se trouve quelque fois dans le bronze des lignes cannelées, qui peuvent aisément tromper les yeux.

XXXVIII. Jupiter *étoit adoré chez les Cyrrhestes sous un surnom particulier; car ils l'apelloient* Καταιβάτης, *c'est-à-dire*, qui descend *ou* qui foudroye. *Ce Jupiter est souvent dépeint dans un Temple à six colomnes sur les Médailles des Philippes pere & fils; mais on ne voit pas de temple sur celle-ci, non plus que sur plusieurs autres. Le Tipe contient simplement la statue de ce Dieu, qui est représenté assis, couvert d'un manteau à la maniére des Grecs, & tenant une foudre de la main droite & de la gauche une baste. On lit ces mots sur le contour:* De Jupiter Catébate; des Cyrrhestes. *Cyrrhus étoit une Ville de Syrie, située dans une petite contrée de la même Province, qu'on apelloit Cyrrhestique. Son nom venoit originairement du Grec, de même que ceux de plusieurs autres Villes de Syrie; car la plupart des Villes, qui avoient été bâties en ce païs-là sous Seleucus & sous Antiochus son fils, portoient des noms Grecs & Macedoniens. Ce Jupiter Catébate étoit la Divinité tutélaire de la Ville de Cyrrhus; mais il se peut fort bien, nonobstant cela, (comme l'a judicieusement observé* Tristan, *Tom.* I. *p.* 423) *que les Cyrrhestes ayent fait allusion par ce Tipe aux victoires de Trajan, & lui ayent présagé les plus heureux succès dans la guerre, à laquelle il se préparoit alors, contre les Parthes & les Arabes; témoignant parlà qu'ils ne doutoient point que cet Empereur ne dût, comme un autre Jupiter Catébate, réduire ses Ennemis en poudre. Le même* Tristan *remarque aussi dans l'endroit cité, que ce surnom de Catébate, quoiqu'affecté particuliérement à Jupiter, est attribué néanmoins à Agamemnon, pour une raison à peu près semblable, par* Lycophron *dans son Alexandra, Vers* 1369 *& suivans, où ce Poëte s'énonce à peu près de la sorte:* Le Jupiter, qui tire son nom de Jupiter Lapersien, viendra d'abord; lequel s'aprochant, ou descendant comme un éclair, reduira en cendres avec sa foudre toutes les retraites des Ennemis. *Cette Médaille a été frappée vers le tems de l'expédition contre les Parthes dont nous venons de parler, comme le prouvent les titres de* Germanique *& de* Dacique *qu'on y donne à Trajan; car voici ce que contient la Légende qui est gravée du côté de la tête:*

tête: L'Empereur Céſar Nerva Trajan, très-Bon, Auguſte, Germanique, Dacique.

XXXIX. Celle-ci *porte ſimplement cette Inſcription dans une couronne de laurier:* Des Flaviens Chalcidiens. *A quoi il faut ajouter,* l'An I., *ſelon* Vaillant; *mais les caractéres qu'il a pris pour des lettres numerales, ſont ici des contremarques de Monetaires, de même que ſur les Médailles des Beréens dont nous avons parlé plus haut au N°.* XXX. *En effet, la Légende qu'on trouve du côté de la tête, tant ſur notre Médaille où l'on voit la lettre A, que ſur une autre qui porte la lettre B; cette Légende, dis-je, entre autres titres, qu'elle donne à Trajan, lui attribue celui de* Dacique: *Preuve évidente que les lettres ſuſmentionnées ne déſignent pas les années du Règne de ce Prince; car il n'avoit pas encore mérité le ſurnom de Dacique, ni la premiére, ni la ſeconde année de ſon Empire. Les Chalcidiens habitoient dans la Céléſyrie, & leur Ville ſe nommoit Chalcis.* Pline *en a fait mention en ces termes, au Liv.* V. *Chap.* 23. La Ville apellée Chalcis ſur le Belus, d'où la Chalcidène, qui eſt la plus fertile contrée de la Syrie, a pris ſon nom.

XL. La *Légende de celle-ci, du côté de la tête, eſt exprimée de la ſorte:* L'Empereur Trajan, très-Bon, Céſar, Auguſte, Germanique, Dacique, Parthique. *Sur le Revers, la Fortune eſt dépeinte avec un timon & une corne d'abondance. On lit ſur le contour ce qui ſuit:* Des Aradiens, l'An CCCLXXIV. *Aradus étoit une Ville fort célébre de la Phenicie, dont on connoit l'ére par notre Médaille. Le* Cardinal Noris *traite de l'époque de cette Ville, dans ſa Diſſertation* IV. *p.* 433, *&* 434. *Elle a commencé plus de cinquante ans après l'ére des Seleucides, environ l'an* 494. *de Rome. Cette Médaille a été frapée, comme le témoigne le titre de* Parthique, *dans l'une ou l'autre des deux dernieres années de la vie de Trajan, qui mourut au commencement du mois d'Août l'an de Rome* 870.

Nerva Trajanus Optimus Auguſtus Germanicus Dacicus.

XXXIX. Simplex in corona laurea haec eſt inſcriptio: ΦΛαβίων ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ Α. i. e. *Flaviorum Chalcidenſium anno* I. juxta *Vaillantium*; verum literae illae ſunt notae monetariorum, ut in Beroeenſium nummis, ſupra Num. XXX. Nam inſcriptio capitis & in hoc nummo, & in alio, qui literam B. habet, Dacici cognomen inter Trajani titulos recenſet. Quod evidens eſt argumentum non poſſe ad annos Imperii Trajani referri, neque enim anno primo atque ſecundo Dacici cognomen adhucdum meruerat. Chalcidenſes Syriam cavam ſive Coeleſyriam, inhabitabant; eratque urbs eorumdem Chalcis dicta. *Plinius* Lib. V. Cap. 23. *Chalcidem cognominatam ad Belum, unde regio Chalcidenſis fertiliſſima Syriae.*

XL. Inscriptio capitis haec eſt: ΑΥΤοκράτωρ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤος ΚΑΙϹαρ ϹΕΒαστὸς ΓΕΡμάνικος ΔΑΚικος ΠΑΡΘικος. i. e. *Imperator Trajanus Optimus Caeſar Auguſtus Germanicus Dacicus Parthicus.* Ab altera parte ſedet Fortuna cum temone & cornucopiae. Adſcribitur: ΑΡΑΔΙΩΝ ΔΟΤ. i. e. *Aradiorum anno* CCCLXXIV. Aradus Phoeniciae notiſſima fuit civitas, cujus aera ex hoc nummo cognoſcitur, atque deducitur apud *Cardinalem Noriſium*, Diſſert. IV. p. 433. & 434. Cepit enim quinquaginta amplius annis poſt aeram Seleucidarum, circa annum Romae conditae 494. Signatus vero hic nummus fuit, ut ex titulo Parthici liquet, intra illud biennium quod mortem Trajani anteceſſit. Obiit autem Trajanus initio menſis Auguſti anno U. C. 870.

TAB. LV.



ΖΕΥC ΠΕΡΓΑ
ΑΤΤΑ
ΣΕΒΑΣΤΗ ΠΛΩΤΕΙΝΑ
ΑΝΚΥ
HADRIANVS AVG COS III P P
EXERCITVS
EXERC HISPAN
NORICVS
IVVENTVS AVG MACEDONIAE
HADRIANVS AVGVSTVS P P
COS III
IMP CAES TRAIA HADRIANVS AVG P P
COL BER
COL AV IVL COR
COL IVL COR
COL PRIMA AVG FL
CAESAREA
ΑΥΤΟΚΡΑΤ ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒ
ΚΝΙ ΩΝ
ΜΑΡ ΩΝ
LIS
L Δ
ΔΕΛ ΦΩΝ
ΑΠΑΜΕΩΝ
Α
ΑΡΓ
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΗΛΕΙ ΩΝ

TABULA LV.

Quae complectitur reliqua Trajani Numiſmata Graeca, ut & Marcianae, Plotinae, atque deinceps Hadriani Latina atque Graeca.

Num. I.

EUROPA tauro vecta commune Sidonis ſolet eſſe Symbolum in ejuſdem nummis, ex illa fere *Ovidii* deſcriptione Metamorph. Lib. II. vſ. 873.

Pavet haec: lituſque ablata relictum
Reſpicit: & dextra cornu tenet; altera dorſo
Impoſita eſt: tremulae ſinuantur flamine veſtes.

Vel, ex Lib. I. Eleg. III. 23.

Quaeque ſuper pontum ſimulato vecta juvenco
Virginea tenuit cornua vecta manu.

II. JUPITER cognomine *Philius*, ſive Hoſpitalis, Pergami colebatur. Depingitur is ſellae inſidens, dextra tenens pateram, laeva haſtam in hoc nummo; niſi ſit Jupiter cognomine *Pius*, nam & illud ibi cognomen gerebat Jupiter. Vox *Pius* vel *Philius* in nummo periit aerugine eroſa. Legitur enim tantum ZEYC ΠΕΡΓΑ*μήνων*. i. e. *Jupiter*, *Pergamenorum.*

III. DEBUERAT pars anterior ſive capitis huic nummulo adponi, quia inde illuſtratio ejuſdem dependet. Sed forſitan detrita in ipſo nummo fuit, ſicuti & parte ſui maxima periit in ſimili nummulo *Muſei Farneſiani*, in quo circa Trajani laureatum caput tantum ſuperſunt hae literae: AYTOK. TPAIANOC. . . . . AEOC. Verum opportune ſenſum ſupplet atque integram exhibet lectionem ex *Gaza Regia*, atque *Muſeo Canonici Dronii* vulgatus ab *Andrea Morellio* nummulus in Specimine univerſae rei nummariae antiquae, Tab. XXI. Num. 13. 14. Ibi juxta Trajani laureatum caput legi-

PLANCHE LV.

Qui contient le reſte des Médailles Grecques de Trajan, enſuite celles de Plotine & de Marcienne, & enfin des Médailles Latines & Grecques d'Hadrien.

Medaille I.

LE *Tipe ordinaire des Médailles de Sidon eſt une figure d'Europe aſſiſe ſur le dos d'un taureau, & elle y eſt depeinte à peu près de la même maniere qu'*Ovide *nous la décrit au Liv.* II. *de ſes Métamorph.* v. 873. *& ſuiv.* La pauvre Europe, *dit ce Poëte*, regarde toute tremblante vers le rivage dont elle s'éloigne; elle tient de la main droite une des cornes du taureau, & appuye l'autre ſur le dos de cet animal. Ses vétemens flotent doucement augré du vent. *Ou, comme il dit encore ailleurs*, *ſavoir au Liv.* I. *Eleg.* III. 23. La Vierge Europe, en traverſant l'Helleſpont ſur le dos du taureau, empoigna de ſa main les cornes de ce feint animal, pour s'y tenir ferme.

II. LES *habitans de Pergame avoient dédié un Temple à Jupiter* Philius *ou l'Hoſpitalier. Ce Dieu eſt dépeint ſur notre Médaille aſſis ſur un tabouret, tenant une patére de la main droite & une haſte de la gauche: à moins que ce ne ſoit une repréſentation de Jupiter ſurnommé* Pius; *car on donnoit auſſi ce ſurnom à Jupiter en cette Ville: mais le mot de* Philius, *ou de* Pius, *a été rongé par la rouille, & on ne lit plus ſur notre Médaille que ce qui ſuit:* Jupiter, des Pergamiens.

III. ON *auroit dû joindre ici le deſſein de la tête à celui du Revers, parce que l'explication du Tipe en depend: mais peut-être que cette premiére partie de la Médaille étoit fruſte, de même qu'elle ſe trouve fort endommagée dans une Médaille ſemblable du* Cabinet Farnèſe; *car il n'y reſte plus que ces lettres autour de la tête de Trajan couronnée de laurier:* AYTOK. TPAIANOC . . . . AEOC. *Mais une Médaille du* Cabinet du Roi, *& qui ſe trouvoit auſſi dans celui du* Chanoine Dronius, *ſuplée heureuſement ce qui manque à cette Légende, & nous en fournit la véritable leçon. Cette Médaille a été publiée par* André Morel *dans ſon* Specimen univerſae Rei Nummariae antiquae, *Planche* XXI. *Nomb.* 13. *&* 14. *Voici ce qu'on y lit autour de la tête de Tra-*

Trajan: L'Empereur Trajan Conſervateur de la Ville. Jean Vaillant *témoigne auſſi à la p. 29. qu'il poſſedoit une ſemblable Médaille. La Ville dont il s'agit étoit Nicopolis ſur le Danube, que Trajan avoit bâtie & qu'il avoit défenduë contre les attaques des Barbares. Le Tipe fait alluſion à l'origine du nom qu'elle portoit; car on y voit la Victoire qui marche avec une couronne de laurier & une palme. L'Inſcription conſiſte ſimplement en ce mot:* Nicopolis.

IV. Plusieurs *Villes Grecques, pour marquer la veneration qu'elles avoient pour le Sénat de Rome, l'ont fait repréſenter ſur leurs Médailles par une tête d'homme. On trouve encore aujourd'hui un grand nombre de ces ſortes de Médailles qui ont été frapées à Smirne. Le Sénat Romain eſt auſſi déſigné par un pareil ſimbole ſur la Médaille dont il eſt ici queſtion, quoique le nom de cet auguſte Corps n'y ſoit point marqué. J'en ai vû une toute ſemblable dans le* Cabinet d'un de mes Amis, *& on y liſoit encore ces Lettres autour de la tête de Trajan:* ΝΕΡΟΥΑ ΤΡΑΙΑ . . . *c'eſt-à-dire* Nerva Trajan. *Sur le Revers, auprès de la tête d'homme qui repréſente le Sénat, on trouve écrit:* Des Attaïtes. *On place ordinairement ce Peuple dans la Laconie.*

V. On *vient de voir la derniere des Médailles de Trajan. Elle eſt ſuivie de quelques Médailles Grecques de Marcienne & de Plotine. Celle du preſent N°. repréſente la tête de Marcienne, ſœur de Trajan & mere de Matidia. Les trois dernieres lettres de ſon nom, qui exiſtent encore ſur le contour devant ſa face, nous font connoitre qu'on liſoit autrefois ſon nom entier dans cet endroit. Derriére ſa tête on trouve le nom du Peuple chez qui cette Médaille a été fabriquée, ſavoir:* Des Perinthiens. *La tête de Trajan étoit ſans doute dépeinte ſur la partie oppoſée; car les Perinthiens, pour faire leur cour à cet Empereur, firent fraper pluſieurs Médailles à l'honneur de ſa famille. C'eſt ce qui fait que l'on trouve dans les Cabinets des Curieux des Médailles fabriquées à Perinthe, ſur leſquelles la tête de Plotine l'eſt gravée d'un côté, & celle de Trajan de l'autre.*

VI. Celle-ci *doit être attribuée aux Hierapolitains de Syrie. La place qu'elle occupe dans cette Planche, montre aſſez qu'elle regardoit Marcienne, & que ſa tête y étoit dépeinte ſur la premiére face. Le Tipe contient un ſimulacre de la Diane des Ephéſiens avec*

legitur: ΑΥΤοκράτωρ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΩΤΗΡ ΤΗϹ ΠΟΛΕΩϹ. i. e. *Imperator Trajanus Servator urbis.* Quem aut ſimilem ſeſe poſſediſſe teſtatur *Jo. Vaillantius* p. 29. Urbs illa Nicopolis eſt ad Iſtrum, a Trajano condita & contra Barbarorum inſultus ſervata. Quare, ad originem nominis ſui reſpiciens, ab altera parte Victoriam exhibet gradientem cum corolla & palma, adſcripta voce ΝΕΙΚΟΠΟΛΙϹ. i. e. *Nicopolis.*

IV. Multae fuere civitates Graecae, quae Senatum Romanum veneratae, illum per caput virile in nummis expreſſerunt, prouti magna ejus generis apud Smyrnaeos cuſa ſupereſt copia. Simile caput (licet non adſcribatur Senatus nomen) in hoc exſtat nummulo, quem ex *amici cujuſdam Muſeo* contrectare licuit. Habebat is a parte capitis Trajani laureati has literas reliquas: ΝΕΡΟΥΑ ΤΡΑΙΑ . . . i. e. *Nerva Trajanus.* Ab altera parte juxta caput Senatus legebatur: ΑΤΤΑΕΙΤΩΝ i. e. *Attaïtarum*, qui in Laconia collocari ſolent.

V. Finitis Trajani nummis, Marcianae atque Plotinae nummi Graeci ſuccedunt. Et hic quidem Marcianae habet elegans caput; Trajani illa ſoror atque Matidiae exſtitit mater. Literae tres poſteriores, quae ex ejus nomine in nummo ſuperſunt, docent integrum olim nomen adſcriptum ante faciem fuiſſe; nam poſt eamdem legitur populi nomen, videlicet: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. i. e. *Perinthiorum.* Ab altera parte ſine dubio Imperatoris Trajani exſtat caput. Perinthii enim plures nummos ſignarunt in honorem familiae ejus, ad emerendam Imperatoris gratiam; & ſic Plotinae quoque apud Perinthios cuſi inveniuntur nummi, qui ab altera parte Trajani Imperatoris caput exhibent.

VI. Apud Hierapolitas in Syria hujus nummi patria quaerenda eſt. Ad Marcianam ſpectare ſeries docet, ejuſque ſine dubio caput ab anteriore parte exhibetur. Dianae Epheſiae ſignum cum cervis & verubus, typus averſae

sae partis est, atque docet quam late cultus ejus Deae in Oriente patuerit.

VII. VIII. Rudior hic videtur esse nummus, literae certe in eodem, monetarii vitio, perperam locatae sunt. Caput sine corona laurea est, atque ad Trajanum spectare videtur; nomen aerugine absumtum est, Imperatoria vero dignitas ex residuis literis cognoscitur. In aversa parte, ubi literae pariter inverso collocantur ordine, Dianae venatricis est typus; videtur autem scriptum esse: ΕΠΙ ΑΝΘυπάτȣ ΣΙΛΩΝΟΣ. i. e. *Sub Proconsule Silone.*

IX. X. Uti Sororem Trajani Marcianam Hierapolitae, ita conjugem ejusdem Plotinam honorarunt Ancyrani, atque Ephesiae Dianae pariter nummo suo insculpserunt Symbolum. Elegans Plotinae caput cernitur in parte anteriore, cum hac epigraphe: ΠΛΩΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. i. e. *Plotina Augusta.*

XI. XII. Caput Hadriani nudum hanc habet epigraphen: HADRIANVS AVG*ustus* CO*n*S*ul* III. P*ater* P*atriae.* Ab altera parte periit inscriptio, sed ex typo satis cognoscitur quid scriptum fuerit. Adloquitur enim Imperator, stans cum praefecto Praetorii in substructione, stantes ex adverso quatuor milites cum vexillifero. Videtur itaque olim lectum fuisse: ADLOCVTIO. Tales enim nummi Hadriani cum ejusmodi typo inveniuntur primae magnitudinis, vel: ADLOCVTIO COH*ortium* PRAETOR*ianarum*; prouti ejusmodi nummum, velut eximiae raritatis, mediae (uti hic est) formae, citat *J. Vaillantius* Tom. I. p. 63.

XIII. XIV. Magnos exercitus atque numerosos, alta quantumvis pace, habuit Hadrianus; ejusque temporibus, barbaris nihil hiscere ausis, egregie floruit Imperium Romanum. Plures ejusmodi exercitus, per milites aliquot stantes ante Imperatorem, qui ex equo illos adloquitur, nummos Hadriani nobilitant. Conspiciuntur enim in iisdem atque leguntur exercitus

avec des cerfs & des broches; & nous fournit une nouvelle preuve que le Culte de cette Déesse étoit fort répanduë dans l'Orient.

VII. VIII. La *fabrique de cette Médaille paroit assez grossiere; du moins les lettres y ont été fort mal arangées par la négligence du Monétaire. On y voit une tête sans couronne de laurier, & il y a de l'apparence que c'est celle de Trajan; mais le nom a été consumé par la rouille, & les lettres qui restent nous font seulement connoitre que le titre* d'Empereur *faisoit partie de la Légende. L'ordre des lettres est aussi renversé sur le Revers, qui a pour Tipe une statuë de Diane Déesse de la chasse. Il semble que l'Inscription contient ces mots:* Sous le Proconsul Silon.

IX. X. Ceux *d'Ancyre défererent à Plotine, femme de Trajan, un honneur pareil à celui que les Hierapolitains, comme on a vû un peu plus haut, ont rendu à Marcienne soeur de cet Empereur, & ils firent aussi graver de même le simulacre de la Déesse d'Ephese sur le Revers de leur Médaille. La belle face de Plotine en orne le premier côté, étant accompagnée de cette Légende:* Plotine Auguste.

XI. XII. On *voit sur celle-ci la tête nuë d'Hadrien, avec cette Légende sur le contour:* Hadrien Auguste, Consul pour la III. fois, Pere de la Patrie. *L'Inscription du Revers est effacée, mais le Tipe fait assez connoitre ce qui y étoit écrit; car l'Empereur est représenté debout sur un tribunal, avec le Préfet du Pretoire, haranguant quatre soldats qui sont aussi debout devant lui avec leur Porte-Enseigne. Il semble donc qu'on y lisoit autrefois ce mot:* Allocution; *car on le trouve sur des Médailles d'Hadrien de la premiére grandeur avec un Tipe semblable: ou peut-être faut-il lire de cette maniére:* Allocution des Cohortes Prétoriennes; *car* Jean Vaillant, *Tom. I. p. 63, cite une Médaille semblable de la moyenne grandeur, qu'il dit être d'une grande rareté.*

XIII. XIV. Hadrien *entretint toujours de grandes & nombreuses Armées sur pied; ce qui fut cause que l'Empire Romain jouït d'une profonde paix sous son Règne, & que les Barbares n'oserent pas remuër. Quelques-unes de ces Armées sont représentées sur les Médailles d'Hadrien par des Soldats, qui sont debout devant l'Empereur, qui est à cheval & qui leur fait une harangue. On y lit ces differentes Inscriptions: L'Armée de* Bretagne, *de* Cappadoce, *de* Dace, *de* Germanie,

nie, d'Espagne, de Mauritanie, de Moesie, de Norique, de Rhétie, de Syrie. Il est fait mention sur les deux Médailles de moyenne grandeur, dont il s'agit dans cet Article, des Armées d'Espagne & de Norique.

tus Britannicus, Cappadoceus, Dacicus, Germanicus, Hispanicus, Mauritanicus, Moesiacus, Noricus, Rhoeticus, Syriacus. Ex quibus Hispanicus & Noricus in hisce nummis mediae formae leguntur.

XV. Aucun *des Empereurs Romains ne prit un plus grand soin des Provinces de ce vaste Empire, & ne contribua davantage à les faire fleurir qu'Hadrien, qui les visita presque toutes en personne, & qui laissa par-tout des marques de sa liberalité. Il se trouve encore aujourd'hui une grande quantité de Médailles, tant en grand qu'en moyen Bronze, qui sont autant de témoins de cette vérité. Celle-ci est de ce nombre, & a pour Inscription:* Arrivée d'Auguste; de la Macedoine. *La Province est représentée dans le Tipe sous la figure d'un homme qui a la tête couverte d'un bonnet à la maniere des Macedoniens, & qui sacrifie sur un autel en presence de l'Empereur.*

XV. Nullus inter Imperatores Provincias Romanas majori cura habuit ornavitque quam Hadrianus, qui fere omnes praesens invisit, & ubique monumenta liberalitatis suae reliquit. Exstant in magno aere atque medio plurimi ejus rei testes nummi; inter quos hic inscribitur: ADVENTVS AVG*usti* MACEDONIAE. Sacrificat autem Provincia sub habitu viri Macedonica causia (id peculiare pilei ibidem genus erat) caput tecti, super aram, coram adstante Imperatore.

XVI. XVII. Ce *qui rend cette Médaille rare, c'est qu'elle est d'argent, & qu'elle égale à peu près en grandeur les Médailles ordinaires de moyen Bronze. On en a frapé quelques-unes de cette espèce sous Hadrien, avec differens Tipes. J'ai vû de ces Médailles dans les Cabinets des Antiquaires, & j'en possede moi-même une de ce genre. Elles sont toutes datées du troisième Consulat d'Hadrien, de même que celle-ci, sur laquelle on trouve cette Légende autour de la tête nuë de cet Empereur:* Hadrien Auguste, Pere de la Patrie. *On ajoute sur le Revers:* Consul pour la III. fois. *Le Tipe représente une aigle qui a les ailes étendues & qui est perchée sur une foudre. On a voulu par ce simbole comparer l'Empereur à Jupiter Olimpien: & les Antiquaires n'ignorent pas qu'il y a des Médailles Grecques, un peu rares à la vérité, qui attribuënt à Hadrien expressément le surnom de ce Dieu.*

XVI. XVII. Rarum hoc numisma facit quod ex argento sit, & quidem ejus magnitudinis, qualis esse solent nummi aerei mediae formae. Ejus generis aliquot sub Hadriano cum variis typis cusi sunt, quales in Antiquariorum Museis vidi, quin & unum quoque ipse possideo. Omnes autem Consulatum tertium Hadriani praeferunt, quemadmodum hic, in quo, juxta caput nudum Imperatoris legitur: HADRIANVS AVGVSTVS P*ater* P*atriae*. Ab altera vero parte: CO*n*S*ul* III. Depicta ibi aquila exstat, expansis alis fulmini insistens, quo scilicet typo Jovi Olympio aequatur Hadrianus, quem in nonnullis Graecis nummis rarioribus eo cognomine ornari norunt Antiquarii.

XVIII. XIX. Les *Médailles suivantes d'Hadrien ont été frapées dans des Colonies. Celle qui se présente ici la premiére, doit sa fabrique à la Ville de Beryte, & j'en conserve une de la même espèce dans* mon Cabinet. *La tête d'Hadrien y est gravée sur la premiére face couronnée de laurier, avec cette Légende autour:* L'Empereur César Trajan Hadrien, Auguste, Pere de la Patrie. *On voit de l'autre côté dans une couronne de laurier deux aigles de Légions, qui ont la tête tournée l'une vers l'autre; & on y lit cette Inscription au milieu:* La Colonie de Beryte. Jean Vaillant *croit que ces aigles désignent les Vétérans de la* V.

XVIII. XIX. Procedimus ad Hadriani nummos in Coloniis signatos. Inter quos primus prodit, qui in *nostro Museo* quoque adservatur, Beryti cusus. Is caput Hadriani laureatum a parte priore exhibet, cum hac epigraphe: IMP*erator* CAES*ar* TRAIA*nus* HADRIANVS AVG*ustus* P*ater* P*atriae*. Ab altera parte in corona laurea duae ex adverso stant aquilae legionariae, cum hac inscriptione intermedia: COL*onia* BER*ytus*. Refert easdem *Jo. Vaillantius* ad colonos Quin-

Quintae Macedonicae & Octavae Augustae Legionum veteranos, sub Augusto Berytum transmissos.

XX. LUDORUM Isthmicorum celebritatem Neptuni typus in Corinthiorum nummis significare solet; quorum maxima Peloponnesi urbs, quum media jaceret inter duo a diversa parte maria, prae reliquis Dei Neptuni cultum & typum in aere suo jactare potuit. Stat maris Deus nudus, dextra tenens delphinum, laeva tridentem, cum hac in circuitu epigraphe: COLonia AVGusta IVLia CORinthus.

XXI. IN hoc nummo, qui itidem Corinthi signatus fuit, scribitur juxta Hadriani caput laureatum: IMPerator CAESar TRAIANus HADRIanus AVGustus. Civem suum, heroem Bellerophonta, domantem equum Pegasum, quem freno retinet, ab altera parte effinxerunt Corinthii cum hac epigraphe: COLonia Laus IVLia CORinthus.

XXII. CAPITIS (quod laureatum est) epigraphe haec legitur: IMPeratori TRAIANo HADRIANO CAESari AVGusto. Aversa vero pars hac gaudet inscriptione: COLonia PRIMA AVGusta FLavia CAESAREA. Pro typo est colonus agens boves, cui per aërem volitans Victoria corollam offert. Cusus est nummus Caesareae in Palaestina, quae cognomen Flaviae recepit, propter beneficia quibus a Flavia gente, praecipue Vespasiano & Tito, adfecta fuit. Prima vero dici non sine ratione videtur *Jo. Vaillantio* Tom. I. p. 198. quod metropolis seu caput fuerit Palaestinae. *Tacitus* Histor. Lib. II. Cap. 79. *Discessere, Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream, illa Syriae, haec Judaeae caput est.* Habetur similis primae magnitudinis apud *Jo. Vaillantium* Tom. I. in Hadriani nummis p. 224. in quo Victoria dextra corollam, laeva palmam adportat.

V. *Légion Macédonienne & ceux de la* VIII. *Auguste, qui furent envoyés a Beryte sous l'Empire d'Auguste pour peupler cette Colonie.*

XX. LE *Tipe de Neptune signifie ordinairement, sur les Médailles de Corinthe, la solemnité des Jeux Isthmiques. Cette Ville, la plus considerable du Peloponese, étoit bâtie entre deux mers, & cette situation engagea ses habitans à s'attacher particulierement au Culte de Neptune, dont ils ont très-souvent fait graver la figure sur leurs Médailles. Ce Dieu de la mer est représenté debout & nud dans notre Tipe, posant la main droite sur un dauphin, & tenant son trident de la gauche. Le contour porte cette Légende:* La Colonie Augusta Julia Corinthus.

XXI. CELLE-CI *apartient encore à Corinthe, & on y trouve cette Légende autour de la tête d'Hadrien couronnée de laurier:* L'Empereur César Trajan Hadrien, Auguste. *Sur le Tipe du Revers on voit Bellerophon; car les Corinthiens tenoient à grand honneur que leur Ville eût produit ce Héros. Il est ici représenté domptant le cheval Pegase, qu'il tient en bride. La Légende suivante est gravée sur le contour:* La Colonie Laus Julia Corinthus.

XXII. LA *tête d'Hadrien est couronnée de laurier & environnée de cette Légende sur la présente Médaille:* A l'Empereur Trajan Hadrien, César, Auguste. *Sur le Revers*, la Colonie de Césarée *prend les titres de* Premiére, *d'*Auguste *& de* Flavienne. *Le Tipe est un habitant de Colonie qui chasse des bœufs, & auquel la Victoire, qui s'approche de lui en volant, offre une petite couronne. Cette Médaille a été frapée à Césarée de Palestine, qui prit le surnom de* Flavienne *à cause des grands bienfaits qu'elle avoit reçus des Empereurs de la Famille Flavie, & surtout de Vespasien & de Tite. Quant à l'epithète de Premiére,* Jean Vaillant *Tom.* I. *p.* 198. *croit avec assez de vraisemblance, qu'elle faisoit graver ce titre sur ses Médailles parce qu'elle étoit la Métropole ou la Capitale de la Paléstine; Car* Tacite *lui attribue expressément cette prérogative au Liv.* II. *de son Histoire, Chap.* 79. *où il parle ainsi:* Mucien & Vespasien se séparerent, & partirent, l'un pour Antioche, & l'autre pour Césarée, qui est la Capitale de la Judée, de même que la premiére l'est de la Syrie. Jean Vaillant, *Tom.* I. *p.* 224. *produit une Médaille d'Hadrien de la premiére grandeur, qui est semblable à celle-ci. La Victoire y tient une couronne petite de la main droite, & une palme de la gauche.*

XXIII. XXIV. Nous *voici arrivés aux Médailles Grecques d'Hadrien. Celle qui paroit ici à la tête des autres, a été frapée dans l'Isle de Cos. La tête d'Hadrien y est ornée d'une couronne de laurier, & accompagnée de cette Légende sur le contour:* L'Empereur Hadrien Auguste. *Le Tipe du Revers contient un simulacre d'Hercule nud, posé sur un piédestal, à peu près de la même façon qu'on dépeint ordinairement la statuë d'Hercule, qu'on voit à Rome dans le Palais Farnèse. Ce Héros s'appuye sur sa massuë, & a la tête couverte d'une peau de lion, dont les bouts lui descendent sur le dos, vers le côté gauche. L'Inscription porte simplement:* Des Coïens. *Cette statuë d'Hercule, placée sur un piédestal, qu'on remarque dans notre Tipe, nous indique qu'il y avoit chez les Coïens quelque simulacre semblable, fait sans doute avec beaucoup d'art, & érigé à l'honneur de ce Dieu; car ces Insulaires avoient Hercule en singuliere vénération, ainsi que le témoignent leurs Médailles, sur lesquelles ils ont fait graver la tête de ce Héros.*

XXV. Maronea, *ou Maronia, Ville de Thrace, a fait fraper cette Médaille, qui a pour Tipe un Capricorne avec une corne d'abondance. Peut-être que cette Ville, ayant reçu quelque bienfait singulier d'Auguste, célébroit tous les ans avec grande solemnité le jour de la naissance de cet Empereur, & qu'elle a voulu exprimer sur ses Médailles, long-tems même après la mort de ce grand Prince, le respect qu'elle conservoit pour sa mémoire. L'Inscription consiste en ce mot:* Des Maronites.

XXVI. Les *Tripolitains rendoient un Culte solemnel à Castor & à Pollux. Aussi les Dioscures sont-ils ordinairement représentés debout sur leurs Médailles avec des chevaux qu'ils tiennent par la bride, ou du moins l'on y voit leurs têtes avec des chapeaux ornés de couronnes de laurier & des étoiles. C'est de cette derniere façon qu'ils sont dépeints sur notre Médaille, qui porte l'Inscription suivante:* Des Tripolitains. *Il semble aussi que l'ére de leur Ville y étoit marquée autrefois, & que la rouille l'a fait disparoitre; mais elle s'est conservée sur d'autres Médailles, dont on peut voir les desseins, dans le* Cabinet de Theupoli *p.* 881, *chez* Sebastien Erizzo, *p.* 363, *& dans le Livre du savant* Cardinal Noris, *qui est intitulé* De Epoch. Syro-Macedon., *p.* 99. *Car on lit sur ces Médailles les lettres* HKT, *qui signifient l'an* CCCCXXVIII. *On voit par-là que les Tripoli-*

XXIII. XXIV. Ad Graeca Hadriani pergimus Numismata. Ex quibus primum in Insula Co signatum fuit. Inscribitur id a parte capitis laureati hoc pacto: ΑΥΤΟΚΡΑΤωρ ΑΔΡΙΑΝΟC CEBαστὸς i. e. *Imperator Hadrianus Augustus.* Typus alterius partis est signum Herculis nudi, basi insistentis. Sic pingi solet Herculis signum, quod Farnesiani nomine Romae nobile exstat. Caput autem leonis exsuviis tegitur, quae post terga ad laevum latus dependent, clavae autem innititur. Adscribitur ΚΩΙΩΝ. i. e. *Coiorum.* Ex pictura autem Herculis basi insistentis patet, tale signum, magnae haud dubium artis, apud Coos exstitisse, apud quos Heroem illum in veneratione fuisse, nummi eorumdem cum capite ejusdem docent.

XXV. Thraciae urbs Maronea hunc nummum signavit, in quo Capricornus cum cornucopiae visitur. Forsitan insigni aliquo beneficio ab Augusto adfecti, natalem ejus diem religiosissime celebraverunt; eamque picturam etiam longe post fata magni illius Principis & Orbis Domini, in moneta sua exstare voluerunt; adscribitur: ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. i. e. *Maronitarum.*

XXVI. Dioscurorum, sive Castoris & Pollucis, antiqua apud Tripolitas religio fuit. Hinc multi eorumdem nummi, vel stantes eosdem cum equis exhibent, vel capita eorumdem cum pileis laureatis atque stellis depingunt. In hoc quidem Hadriani nummo capita eorumdem exstant, addita inscriptione: ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. i. e. *Tripolitarum.* Adfuisse videtur aera eorumdem, quae rubigine periit, verum in aliis nummis servatur; in quibus, uti in *Museo Theupoliano* p. 881. apud *Sebastianum Ericium* p. 363. atque *Eminentissimum Cardinal. Norisium* in Epochis Syro-Maced. p. 99. notantur insuper literae HKT. quae annum indicant CCCCXXVIII. Seleucidarum aeram ser-

ſervarunt Tripolitae, unde patet nummum ſignatum fuiſſe anno urbis Romae 870. quo (ut inquit ibidem laudatus *Noriſius*) Hadrianus die undecimo Auguſti Imperator ſalutatus fuit, quo die, ut ait *Spartianus* Cap. IV. *natalem* Imperii inſtituit celebrandum. Epigraphe, quae in anteriore nummi parte circa caput Hadriani laureatum invenitur, haec eſt: ΑΥΤΟΚΡάτωρ ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. i. e. *Imperator Caeſar Trajanus Hadrianus.*

XXVII. Partis anterioris epigraphe juxta caput Hadriani plane ſimilis eſt praecedenti, verum aera non additur ad typum atque inſcriptionem partis poſterioris; licet & hic nummus in Hadriani honorem ſignatus forſitan ſit eodem, quo prior, anno; nam ſervatur, addita eadem aera, in *Theſauro Theupoliano* p. 881. ut videantur Tripolitae, primo Imperii Hadriani anno, Romani Orbis Imperium hiſce nummis atque adſcripto adoptivi Trajani nomine ad caput ejus, eidem gratulati fuiſſe. Sine epocha tamen, plane ut in hoc nummo, depingitur quoque apud *Laurent. Begerum* in Theſ. Brand. Tom. II. p. 659. cum hac pariter epigraphe: ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. i. e. *Tripolitarum.* Notiſſima illa Phoeniciae eſt urbs & maritimâ gloriâ jam olim inclyta; unde Victoriam cum corolla laurea atque palmae ramo triremi inſiſtentem in nummo inſculpi curavit.

XXVIII. Scribitur (ſecundum deſcriptionem *Theſauri Theupoliani* p. 8711. juxta Hadriani laureatum caput: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΤΡΑΙανὸς ΑΔΡΙΑνὸς ϹΕΒαςός. i. e. *Imperator Caeſar Trajanus Hadrianus Auguſtus.* Ab altera parte annus Imperii ejuſdem notatur, videlicet: Lυκάβαντος Ιϛ. i. e. *anno* XVI. Pro typo eſt Iſis Orum gremio tenens atque ablactans.

XXIX. Notabilis hic nummus a parte capitis, uti diximus ex *Theſauro Theupoliano* p. 872. hanc habet epigraphen: ΑΥΤοκράτωρ ΤΡΑΙανὸς ΑΔΡΙΑνὸς ϹΕΒαςός. i. e. *Imperator Trajanus Hadrianus Auguſtus.* Ab altera parte legitur ΑΡϹΙΝΟΙ-

politains avoient retenu l'ére des Seleucides. Ainſi la préſente Médaille a été frapée l'an de Rome 870, *dans lequel* (*comme le remarque le docte* Cardinal *que nous venons de citer*) *Hadrien fut reconnu & proclamé Empereur l'onzième d'Août: jour auquel il ordonna qu'*on celebreroit *dans la ſuite* ſon avénement à l'Empire, *à ce que raporte* Spartien *Liv.* IV. *La Légende qu'on trouve ſur la premiére face, autour de la tête d'Hadrien couronnée de laurier, eſt conçue de la ſorte:* L'Empereur Céſar Trajan Hadrien.

XXVII. La *Légende de celle-ci, du côté de la tête, eſt entiérement ſemblable à celle de la précédente; mais l'ére de la Ville n'y eſt pas marquée ſur le Revers, quoique cette Médaille ait peut-être été frapée par les Tripolitans à l'honneur d'Hadrien dans la même année que celle qui précéde; car, dans le deſſein du* Cabinet de Theupoli, *p.* 881, *elle porte la même ére; de ſorte que ce Peuple ſemble avoir frapé ces Médailles la premiére année de l'Empire d'Hadrien, & y avoir gravé dans la Légende le nom de Trajan qu'il avoit pris en memoire de ſon pere adoptif, pour le féliciter ſur ſon avénement à l'Empire. J'avouë néanmoins que cette Médaille eſt auſſi deſſinée ſans époque chez* Laurent Beger, Tréſor de Brandebourg *Tom.* II. *p.* 659., *de même qu'en notre Planche, & avec la même Inſcription, ſavoir:* Des Tripolitains. *Tripoli étoit une Ville fort conſiderable de la Phénicie, & très-renommée pour ſa puiſſance navale. C'eſt pourquoi elle a fait ici dépeindre la Victoire debout ſur une galére avec une couronne de fleurs & une palme.*

XXVIII. Suivant *le deſſein du* Cabinet de Theupoli, *p.* 1128., *la Légende de cette Médaille, du côté de la tête, contient ces mots:* L'Empereur Céſar Trajan Hadrien, Auguſte. *Le Revers nous apprend en quelle année de l'Empire d'Hadrien la dite Médaille a été frapée, ſavoir,* l'An XVI. *Dans le Tipe, Iſis tient le jeune Orus entre ſes bras, qu'il l'allaite.*

XXIX. Le Cabinet de Theupoli *nous enſeigne à la p.* 872. *que la belle Médaille dont il s'agit en ce N°., porte la Légende ſuivante du côté de la tête:* L'Empereur Trajan Hadrien, Auguſte. *On lit ces mots ſur le Revers:* Des Arſinoïtes, l'an XI. *La tête d'Arſinoé,*

Reine d'Egipte, y est dépeinte couverte d'un voile; & chez Vaillant, *dans l'Histoire des Ptolomées, p.* 201, *elle a de plus le front orné de la plante Lotus. Cette Arsinoé fut tout à la fois & la sœur & l'épouse de Ptolomée Philadelphe, qui avoit pour elle une tendresse extrème. Aussi fit-il bâtir en divers lieux de sa domination plusieurs Villes auxquelles il donna le nom de cette Reine, afin d'immortaliser sa mémoire. La Ville dont notre Médaille fait mention, semble avoir été située en Egipte; & ses habitans firent apparemment graver, dans le Tipe dont il s'agit, la tête de la Reine Arsinoé, tant parce que leur Ville en portoit le nom, que pour témoigner leur reconnoissance envers leur fondateur, dont cette Princesse avoit été l'Epouse bien-aimée.*

XXX. Celle-ci *est encore Egiptienne d'origine, & son Inscription nous fait connoitre, qu'elle a été frapée* l'An IV. *de l'Empire d'Hadrien. Le Tipe représente un Divinité Egiptienne, savoir Harpocrate, le Dieu du silence, qui met le doigt sur la bouche; il tient une corne d'abondance de la main gauche, & s'apuïe du coude sur une colomne. Dans une Médaille de* mon Cabinet *on voit de plus un autel devant Harpocrate: ce qui est un simbole de sa Divinité. Sur la premiére face on lit ces mots autour de la tête d'Hadrien couronnée de laurier:* L'Empereur César Trajan Hadrien.

XXXI. La *présente Médaille a pour Tipe une lire dont la figure ressemble à d'une celle tortuë. Chacun sait que cet instrument est le simbole d'Apollon, le Dieu des Muses & de la Poësie. Aussi notre Médaille a-t-elle été frapée dans une Ville consacrée au Culte de ce Dieu, savoir à Delphes, au pied du mont Parnasse comme le témoigne la Légende suivante qui est sur le contour:* Des Delphiens.

XXXII. La *Médaille, dont il est à present question, est fort curieuse & très-digne de remarque.* André Morel, *qui l'avoit vûë dans le* Cabinet du Roi Très-Crétien, *nous a donné le dessein de la premiére face dans son* Specimen Rei nummariae antiquae, *Planche* XVI. *N°.* 10. *On y voit la tête d'Hadrien couronnée de laurier, avec cette Légende sur le contour:* L'Empereur César Trajan Hadrien, Auguste. *Pour ce qui est du Revers, il est à propos de comparer ensemble les desseins que nous en avons, parce qu'il s'y trouve quelques différences. L'Inscription qu'on y lit est ainsi exprimée:* La Cibotus des Apaméens,

ϹΙΝΟΙτων Lυκάβαντος ΙΑ. i. e. *Arsinoitarum, anno undecimo.* Depingitur ibi caput Arsinoës Reginae velatum, quod insuper apud *Jo. Vaillantium* in Historia Ptolomaeorum p. 201. loti planta supra frontem exornatur. Arsinoë haec Ptolemaei Philadelphi simul & soror & uxor fuit. Is urbes plures in variis Regnorum suorum provinciis in ejus (plurimum enim illam deperibat) gratiam condidit, easque de ejusdem nomine adpellavit. Haec vero Arsinoë in AEgypto sita fuisse videtur, atque beneficii conditoris sui memor, vultum amatae ab eodem conjugis, cujus nomen ferebat, inpressit.

XXX. Et hic nummus AEgyptius est, atque quartum Imperii Hadriani annum praefert, inscribitur enim Lυκάβαντος Δ. i. e. *anno* IV. AEgyptium quoque Numen, Harpocratem, silentii Deum, qui digitum ori admovet, depingit; is laeva manu cornucopiae tenet, atque cubito columnae innititur. Insuper in *meo Nummo* ante Harpocratem ara visitur, divinitatis symbolum. In parte anteriore, juxta caput Hadriani laureatum scribitur: ΑΥΓοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΤΡΑΙΑΝος ΑΔΡΙΑΝος. i. e. *Imperator Caesar Trajanus Hadrianus.*

XXXI. Dei Apollinis, qui Musarum praeses est, symbolum, lyra testudinea, hujus nummi typus est. Inscriptio: ΔΕΛΦΩΝ. i. e. *Delphorum*, ostendit in sacra Apollini urbe, Delphis, sub monte Parnasso, signatum fuisse nummum.

XXXII. Insignis plane & memorabilis hic nummus est, cujus anticam partem discimus ex *Andrea Morellio*, qui ex *Thesauro Regis Christianissimi* nummum hunc depictum dedit in Specimine Rei Nummariae antiquae Tab. XVI. Num. 10. Legitur ibi juxta caput Hadriani laureatum: ΑΥΓοκράτωρ ΚΑΙϹαρ ΤΡΑΙΑΝος ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒαστός. i. e. *Imperator Caesar Trajanus Hadrianus Augustus.* Alteram partem juvat inter se conferre, quoniam inter picturas aliquod

quod discrimen animadvertitur. Inscriptio haec est: ΚΙΒΩΤΟϹ ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡϹΥΑϹ. i. e. *Cibotus Apamensium*, *Marsyas.* Sedet in pictura *Morelliana* figura senilis in antro, dextra elevata tenens cornucopiae, laeva demissa juxta aquam fluentem. Verum in pictura *Santes-Bartoliana* (sic enim ex chirographo ejus nuperrime didici scripsisse nomen suum) juvenilis figura cernitur. Praeterea (& recte) duas tibias eadem laeva tenet, cerniturque ibidem urna aquas effundens. Verum de singulis hujus nummi ejusve typi memorabilibus aliquid dicendum est. Apameae plures fuere; constat vero hanc in Phrygia sitam fuisse juxta Marsyam amnem. Luculentum de illa exstat testimonium apud Livium Lib. XXXVIII. Cap. 13. *Consul* (inquit) *ad Antiochiam super Maeandrum amnem posuit castra. Hujus amnis fontes Celaenis oriuntur. Celaenae urbs, caput quondam Phrygiae fuit. Migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum, ab Apamea, sorore Seleuci Regis. Marsyas amnis haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit: Famaque ita tenet, Celaenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Maeander ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens, per Caras primum, deinde Ionas, in sinum maris editur, qui inter Prienem & Miletum est.* Plurima in hisce Livii verbis sunt, quae nummi hujus praeclari typum illustrant. Primo situs urbis descriptus, ejusque vetus nomen; Celaenae videlicet olim dicebatur. Ibi Maeander, ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrere dicitur; Marsyas vero amnis, haud procul a Maeandri fontibus ortus, cadere in Maeandrum. Haec multam lucem capiunt ex descriptione *Plinii* Lib. V. Cap. 29. *Tertius* (Asiae conventus)

méens, Marsyas. Morel *dans son dessein représente un vieillard assis dans un antre, qui tient une corne d'abondance de la main droite, qu'il leve en haut, pendant qu'il baisse l'autre vers un courant d'eau. On voit, au contraire, une figure de jeune-homme dans le dessein de* Santes-Bartolo; (*car c'est ainsi qu'il écrivoit lui-même son nom, comme je l'ai appris depuis peu par sa propre signature.*) *De plus*, Santes-Bartolo *met* (*& avec raison*) *deux flutes dans la main gauche de ce jeune-homme, & l'on remarque au même endroit une urne qui répand des eaux. Mais il est besoin d'entrer ici dans quelque détail & de parler en particulier des traits les plus remarquables de l'ancienne Histoire qui sont indiqués dans notre Tipe. Il y a eu plusieurs Apamées. Celle dont il est question dans notre Médaille, étoit située dans la Phrygie, auprès de la riviére Marsyas.* Tite-Live *exprime fort clairement l'origine & la situation de cette Ville, dans son* Liv. XXXVIII. Chap. 13. Le Consul, *dit-il*, assit son Camp auprès d'Antioche sur le Méandre. Ce fleuve prend sa source à Celènes, qui étoit autrefois la Capitale de la Phrygie. Mais les Celénéens ont depuis abandonné leur premiére demeure, pour habiter une nouvelle Ville bâtie à une petite distance de l'ancienne, & qui fut apellée Apamée du nom de la sœur du Roi Seleucus. La riviére Marsyas, dont la source n'est pas fort éloignée de celle du Méandre, tombe ensuite dans ce fleuve. On raconte aussi, que ce fut à Celènes que Marsyas, Musicien célébre, osa défier Apollon à qui joueroit mieux de la flute. Le Méandre, qui a sa source au sommet de la plus haute élevation de Celènes, passe au milieu de la Ville; & traversant ensuite la Carie & l'Ionie, il se decharge dans le golfe qui est entre Priène & Milet. *Ce passage de* Tite-Live *contient plusieurs choses qui servent à expliquer le Tipe de notre Médaille. Il nous y apprend d'abord l'origine & l'ancien nom de cette Ville, savoir, qu'on l'apelloit Celènes. Il dit ensuite que le Méandre prend sa source sur la plus haute élevation de Celènes, & qu'il coule par le milieu de la Ville; que la riviére Marsyas a sa source proche de celle du Méandre, & qu'elle se jette ensuite dans ce fleuve. Ces paroles de* Tite-Live *reçoivent encore un nouveau jour par la description que* Pline *a fait de la même Ville, au Liv.* V. *Chap.* 29. *en ces termes:* La troisième Assemblée d'Asie se tint à Apamée, anciennement apellée Celènes & ensuite Cibotus. Cette Ville est située au pied du mont Signia & environnée des riviéres Marsyas,

ſyas, Obrima & Orga, qui tombent dans le Méandre. On prétend que ce fut-là que nâquit le Muſicien Marſyas, & qu'il fut dans la ſuite enterré à Aulocrène, où il avoit eu la hardieſſe de jouër de la flute contre Apollon même qu'il avoit défié à cette eſpèce de combat. On apelle Aulocrène une vallée qu'on rencontre environ à dix mille pas d'Apamée, en allant de cette Ville vers la Phrygie. *Ce n'eſt donc pas un antre qui eſt repréſenté dans le Tipe de notre Médaille, comme* Morel *ſe l'eſt figuré, mais le mont Signia, au pied duquel* Pline *dit en termes exprès qu'étoit ſituée la Ville d'Apamée. Ainſi, le fleuve Marſyas eſt dépeint, dans ce Tipe, aſſis au bas de cette montagne, de la maniére qu'on le voit dans notre deſſein, & non pas dans un antre, ainſi qu'il eſt repréſenté chez* Morel. *Ce fleuve eſt déſigné dans le deſſein de* Santes-Bartolo *par une figure de jeune-homme ſans barbe, & dans celui de* Morel, *par celle d'un homme fait & qui porte une barbe fort épaiſſe. Je ne prétens pas décider ici qui a tort ou raiſon des deux; mais j'en remets le jugement à ceux qui peuvent avoir vû de pareilles Médailles. Car il y a eu certains Peuples qui ont dépeint les fleuves ſous des figures de jeunes-hommes, & d'autres qui les ont repréſentés ſous celles d'hommes faits & avancés en âge, comme nous l'enſeigne* Elien *dans ſes Hiſtoires diverſes, Liv.* II. *Chap.* 33. Jean Hardouin, *qui avoit auſſi vû dans le* Cabinet du Roi *la Médaille deſſinée par* Morel, *témoigne dans ſes* Médailles des Peuples & des Villes *p.* 34., *que c'eſt une figure virile qui eſt aſſiſe entre des rochers, de la façon qu'on dépeint ordinairement les fleuves. Sur quoi il eſt à remarquer, que cet Auteur place cette figure* entre des rochers, *& non pas dans un antre, comme a fait* Morel, *qui s'eſt trompé à cet égard. Les deux autres riviéres voiſines dont* Pline *a fait mention, ſavoir, l'Obrima & l'Orga, ſont jointes aux fleuves Méandre & Marſyas ſur une autre Médaille du grand module qui a été auſſi faite à Apamée. Elle a été deſſinée parmi les* Médaillons de Loüis le Grand, *Planche* XXVI. *N°.* 13. *&* 14, *& par* Jean Triſtan *Tom.* II. *p.* 526. *Dans le premier de ces deſſeins, les figures qui repréſentent les fleuves Méandre & Marſyas ſont des jeunes-hommes qui n'ont pas encore de barbe au menton; au lieu que dans le deſſein de* Triſtan, *ce ſont des hommes faits & qui portent un barbe bien étoffée. Les noms de ces fleuves ou riviéres ſont auſſi eſtropiés dans les deſſeins ſuſdits; car on y lit* NAI. *pour* MAIάνδρος, NAP. *au lieu de* MAPσιας, &

tūs) *Apameam vadit, ante adpellatam Celaenas, dein Ciboton. Sita eſt in radice montis Signiae, circumfuſa Marſya, Obrima, Orga, fluminibus in Maeandrum cadentibus. Marſyas ibi redditur ortus, ac paullo mox conditur: ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur convallis* X M. *paſſuum ab Apamea Phrygiam petentibus.* Itaque non eſt antrum, in quo, ut credebat *Morellius*, ſedet Marſyas, ſed mons Signia, ad cujus radices diſerte ſcribit *Plinius* ſitam urbem Apamiam ſive Apameam. Itaque ad inferiorem montis partem, ut in *Reginae* nummo pingitur, non in antro, ut figuravit *Morellius*, ſedet fluvius Marſyas, qui juvenis inberbis ſpecie occurrit in hac pictura, viri autem bene barbati in pictura *Morelliana*; de quo dijudicare poſſunt, quibus ejuſmodi nummi conſpectus obtigerit. Quidam enim populi fluvios viri, alii juvenis effigiarunt forma, uti nos docet *AElianus* in Variis Hiſtoriis Lib. II. Cap. 33. *Jo. Harduinus*, qui nummum *Morellianum* in *Gaza Regia* vidit, in Nummis Pop. & Urb. p. 34. teſtatur viri eſſe effigiem, ritu, quo ſolent pingi fluvii, inter ſaxa. Ubi recte *inter ſaxa* videmus collocari, ne de antro cogitemus, in quo deceptus fuit *Morellius*. Reliqui in proximo fluvii, Obrima & Orga, *Plinio* commemorati, una cum Marſya & Maeandro conjunguntur in alio hujus urbis Apameae nummo maximi moduli, ſub Gordiano cuſo. Depingitur inter *Medalliones Ludovici Magni* Tab. XXVI. Num. 13. & 14. atque a *Jo. Triſtano* Tom. II. p. 526. Ibi Maeandri & Marſyae effigies juveniles & inberbes in altero, in altero (*Triſtani* ſcilicet nummo) viriles & bene barbati pinguntur. Nomina fluviorum in utroque vitioſe quoque deſcripta ſunt, nam pro NAI. legi debet MAIάνδροι, pro NAP. MAPσυας, pro OEP. reponi

hi ΟΒΡιμας, ſolum in illis Orgae nomen recte a delineatoribus lectum fuit. Cornucopiae dextra tenet fluvius Marſyas, quia omnium rerum adfluentia erat Apamiae, quam maximam Phrygiarum civitatum vocat *Strabo* Lib. XII. p. 864. & 865. atque poſt Epheſum ἐμπορεῖον μέγα τῆς ἰδίως λεγομένης Ἀσίας. i. e. *emporium maximum Aſiae proprie dictae*. Unde & ΚΙΒΩΤΟC per Ω. non O. ut male quidam exiſtimant, quaſi *arca* ſeu *receptaculum* mercium ſcilicet, dicta fuit haec Apamea majoris Phrygiae, eoque nomine a reliquis Apameis diſtincta. Dicta vero fuit Apamea non a ſorore Seleuci Regis, uti in adducto *Livii* loco dicitur, ſed ab uxore ejuſdem, filia Artabazi, matre Antiochi I. Regis Syriae, qui conditor hujus urbis exſtitit. In Marſyae vero memoriam, ejus regionis civis, qui provocare ad tibiarum certamen Apollinem fuerat auſus, tibias manu laeva tenet figura fluminis; imo fabulae de Marſya originem dediſſe ſuae tibiae, ſeu potius calami apti in tibiarum uſus, videntur. *Strabo* enim p. 866. perſequens deſcriptionem Apameae, ubi Marſyae fabulam recenſuit, addit: Ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύουσα κάλαμον, τὸν εἰς τὰς γλώττας τῶν αὐλῶν ἐπιτήδειον· i. e. *Superne eſt palus calamum edens ad tibiarum lingulas aptum*; additque ex illo palude ſcaturire utrumque fluvium, Marſyam & Maeandrum. Neque mirum, quod Marſyam & Maeandrum fluvios in nummis ſuis expreſſerint Apamei Celaenitae urbis Ciboti, quoniam ut Numen illos venerabantur fluvios. *Maximus Tyrius* Diſſertatione XXXVIII. Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς &c. *Qui Celaenas accolunt Phryges, fluvios duos Marſyam colunt Maeandrumque: quorum ipſe ſpectator fui.* Ibidem paullo poſt: *His fluviis rem divinam Phryges faciunt: alii utrique ſimul, alii ſoli tantum Maeandro Marſyaeve. Femora victimae, quae mactatur, in fontes, addito alterius* cui

& ΟΕΡ. *à la place d'*ΟΒΡιμας. *Il n'y a que le ſeul nom d'Orga qui ait été bien tranſcrit par les Graveurs. Le fleuve Marſyas tient une corne d'abondance de la main droite, pour indiquer qu'Apamée jouïſſoit d'une grande abondance de toutes choſes. En effet* Strabon, *au Liv.* XII. *p.* 864. *&* 865, *l'apelle la plus grande des Villes de Phrygie, & dit qu'après Epheſe* c'étoit la Ville la plus riche & la plus marchande de l'Aſie proprement dite. *C'eſt pourquoi elle fut apellée* ΚΙΒΩΤΟC *par un* Ω, *& non par un* O, *(comme quelques-uns le croïent mal-à-propos) pour faire entendre qu'elle étoit comme le centre du Commerce des païs voiſins, & comme le magazin commun où ils aportoient & d'où ils tiroient leurs marchandiſes; & on la diſtinguoit par ce nom d'avec autres Villes qui ſe nommoient auſſi Apamée. Quant à ce dernier nom, il lui venoit, non de la ſœur du Roi Seleucus, comme le dit* Tite-Live *dans l'endroit que nous avons cité plus haut, mais de la femme de ce Prince, fille d'Artabaze, & mere d'Antiochus* I. *du nom Roi de Syrie, qui fut le fondateur de cette Ville. La figure de notre deſſein qui repréſente le fleuve Marſyas, tient de plus, comme nous avons déja dit, deux flutes de la main gauche, & cela en mémoire de ce fameux Muſicien, apellé auſſi Marſyas, & natif de ce païs-là, qui avoit eu la hardieſſe de défier Apollon au combat, prétendant être plus habile à jouër de la flute que ce Dieu de la Muſique: ou plûtot la fable de ce Marſyas ne ſemble avoir tiré ſon origine que de ce qu'il croît ſur les bords du fleuve de ce nom des cannes propres à faire des flutes; car* Strabon, *après avoir raporté la fable de Marſyas dans la deſcription qu'il fait d'Apamée, dit enſuite p.* 866. *qu'*il y a au-deſſus de cette Ville un marais qui produit des roſeaux dont on peut faire des flutes qui ſont excellentes. *A quoi il ajoute, que c'eſt de ce marais que les fleuves Méandre & Marſyas tirent leur origine. Mais, pour revenir à notre Tipe, il n'eſt pas ſurprenant que les Apaméens de Celènes ou de Cibotus ayent exprimé ces deux fleuves dans les Tipes de leurs Médailles, puiſqu'ils rendoient à ces mêmes fleuves des honneurs divins. J'en citerai pour garant* Maxime de Tyr, *qui parle ainſi dans ſa Diſſertation* XXXVIII. Les Habitans de Celènes en Phrygie adorent deux fleuves, ſavoir le Méandre & le Marſyas. C'eſt de quoi j'ai été moi-même témoin oculaire. *Un peu plus bas, il continue de la ſorte:* Les Phrygiens font des ſacrifices à ces fleuves; les uns à tous deux enſemble, les autres à un ſeul à la fois, ſoit au Méandre, ou au Marſyas. Ils jet- tent

tent les cuiſſes de la victime qu'on a égorgée dans les ſources de ces fleuves, en prononçant le nom de celui des deux auquel ils l'ont immolée. Ces cuiſſes ſont portées par le fleuve juſqu'à la montagne, où elles s'enfoncent dans l'eau: & il n'arrive jamais que les victimes immolées au Méandre aillent dans le Marſyas, ni que celles qui ſont offertes à celui-ci, entrent dans le courant du premier. Mais lorſque l'on ſacrifie aux deux fleuves à la fois, ils partagent la victime entre eux. *Nous n'en dirons pas d'avantage ſur le Tipe de cette belle & curieuſe Médaille, qui contient des particularités très-propres à embellir l'Hiſtoire.*

XXXIII. J'IGNORE *la Légende qui eſt ſur cette Médaille du côté de la tête. La lettre* A *eſt marquée en gros caractére ſur le Revers, & renfermée dans une couronne, au bas de laquelle on voit pluſieurs bouts de rubans. Il y a huit trous pratiqués dans cette couronne, d'où il ſort un pareil nombre de cornes ou de rayons. Je crois que cette Médaille a été frapée à Antioche, & que la couronne dont il s'agit, eſt une eſpèce de couronne Pontificale, du genre de celles qu'on voit ſur des Médailles d'Auguſte qui ont été frapées dans la même Ville, quoique ces couronnes n'ayent point de rayons comme la nôtre. On lit l'Inſcription ſuivante ſur les dites Médailles :* ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. *c'eſt-à-dire*, Les Antiochiens offrent *à Auguſte* cette couronne Pontificale

XXXIV. JE *conſerve cette belle Médaille dans* mon Cabinet. *Outre la tête d'Hadrien couronnée de laurier, on y voit auſſi ſur la premiére face celle de Minerve ornée de ſon caſque. Cette tête de Minerve eſt empreinte devant la face de l'Empereur au-deſſous du menton, portant l'égide ſur le haut de ſa poitrine. On lit ſur le contour :* L'Empereur Céſar Nerva Trajan Hadrien. *Eſculape eſt repréſenté debout ſur le Revers avec ſon baton entortillé de ſerpens. Ce Tipe eſt très-fréquent ſur les Médailles des Pergamiens, qui rendoient un Culte ſolemnel au Dieu de la Medecine. Auſſi notre Médaille eſt-elle du nombre de celles qui apartiennent à cette Ville, comme nous l'apprenons par l'inſcription ſuivante qui s'y trouve gravée :* Des Pergamiens, ſous Claude Cephalion Préfet pour la II. fois. *La Médaille de* mon Cabinet *donne même trois noms à ce Préfet ; car elle l'apelle* Tibére Claude Cephalion.

XXXV. CELLE-CI *a pour Tipe une tête ornée d'une longue barbe, & ſon Inſcription porte :* Des

cui mactatur fluvii nomine, porriciuntur. Quae a fluvio ad montem deferuntur uſque, ubi ſub aquam demerguntur : nec unquam fit ut quae Maeandro mactata ſunt, Marſyam petant, aut quae Marſyae Maeandrum. Nam ſi utriuſque ſint, dividunt victimam. Haec ad pulcherrimi atque eruditiſſimi nummi interpretationem ſufficiant.

XXXIII. IN hujus nummi (cujus anticae partis epigraphe mihi incognita eſt) parte poſtica litera A majuſcula in corona exprimitur, a qua inferius dependent lemniſci; ex octo foraminibus in ipſa corona totidem cornua vel radii prodire videntur. Exiſtimo Antiochiae cuſum fuiſſe nummum, atque Pontificalis Coronae genus eſſe; quales coronas, licet ſine ejuſmodi radiis, videre eſt in Numiſmatis Auguſti, Antiochiae ſignatis, quae inſcribuntur: ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. i. e. *Pontificiam coronam Antiochenſes* ſcilicet *offerent.*

XXXIV. SERVATUR elegans hic Hadriani nummus in *Muſeo noſtro*, habetque, praeter Hadriani caput laureatum, ante faciem ejuſdem, ſub mento, inpreſſum Minervae galea ornatum caput cum aegide ad pectus. Legitur in circuitu: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΝΕΡουα ΤΡΑΙανὸς ΑΔΡΙΑΝΟC. i. e. *Imperator Caeſar Nerva Trajanus Hadrianus.* Ab altera parte ſtat Aeſculapius cum baculo ſerpentifero, qui typus creberrimus eſt apud Pergamenes, cultu ejus Numinis inſignes; unde & ſcribitur in circuitu: ΠΕΡΓΑΜΗνων ΕΠΙ ΚΛαυδίου ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC ΤΟ Β. i. e. *Pergamenorum ſub Claudio Cephalione iterum* ſcilicet *Praetore.* Quin & in *meo* tria nomina habet ille Cephalion. Legitur enim ibi ΕΠΙ ΤΙβερίου ΚΛαυδίου &c. ut Tiberius Claudius Cephalion ille Praetor dictus fuerit.

XXXV. CAPUT barbatum in hoc nummo cernitur, cum inſcriptione : ΑΡ-

ΑΡΓΕΙΩΝ. i. e. *Argivorum. Jo. Vaillantius* id Jovis caput eſſe exiſtimat, verum ego ſuſpicor referri forſitan ad conditorem urbis Argorum deberi. Traditur is Argus fuiſſe, Jovis & Niobae filius, Phoronei nepos, & Argi, poſt nempe Phoroneum Inachi filium, Rex, apud *Pauſaniam* Lib. II. p. 191. Regioni is Argus nomen dediſſe dicitur apud eumdem *Pauſaniam* Lib. eodem p. 145. adeoque veluti primus conditor Argivi nominis urbiſque Argi exſtitiſſe. Quod ſi hic Hadriani nummus a parte capitis habeat eam inſcriptionem, quae in alio Argivorum nummo legitur, Argum, a quo jam olim Argiva regio nomen acceperat, atque Hadrainum, qui eam urbemque Argum exornaverat, tamquam conditores ſuos celebrant Argivi. Nummus, quem innuo, invenitur in *Muſeo Theupoliano* p. 872. habetque hanc juxta caput Hadriani epigraphen: ΑΥΤοκράτωρ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΤΙCΤΗC. i. e. *Imperator Hadrianus Conditor*; ab altera ejus parte in corona ſcribitur ΝΕΜΕΙΑ. i. e. *Nemea* ſcilicet *Certamina.* Verum ſi ſimpliciter nomen Hadriani ſine titulo Conditoris habeat *Reginae* nummus, non nego poſſe ad Jovem referri hoc caput, Nemeum ſcilicet, de quo apud *Pauſaniam* Lib. II. p. 144. legitur: Θύουσι δὲ, Ἀργεῖοι τῷ Διῒ καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται· καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις, Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. i. e. *Sacra Jovi Nemea Argivi in Nemea faciunt, eique certum ſacerdotem deligunt: & armatis viris curſus certamina proponunt in ipſo Nemeorum conventu, qui per brumae dies celebratur.*

XXXVI.-XXXVIII. Tres hi nummi Macedoniam agnoſcunt patriam; primus ex iiſdem Dioſcuros haſtatos in equis exhibet, cum ſimplici inſcriptione: ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. i. e. *Macedonum*; Duo ſequentes inſcribuntur: ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. i. e. *Commune Macedonum*, atque alter ex iiſdem clypeum Macedonicum, alter Jovis (cujus praecipuus ibidem cultus erat) fulmen exhibet.

XXXIX.

Des Argiens, *ou* Citoyens d'Argos. Jean Vaillant *croit que cette tête eſt celle de Jupiter; pour moi, je conjecturerois volontiers que c'eſt plutôt celle d'Argus, Fondateur de cette Ville. Nous liſons dans* Pauſanias, *Liv.* II. *p.* 191., *que cet Argus étoit fils de Jupiter & de Niobe, fille de Phoronée; & qu'il fut Roi d'Argos après ſon ayeul Phoronée, qui étoit fils d'Inachus. Le même* Pauſanias *écrit au même Livre, p.* 145., *que l'Argus dont il s'agit, donna ſon nom à ce Païs; de ſorte qu'on peut le regarder comme le premier fondateur d'Argos, ou du moins comme l'auteur du nom Argien. Si la preſente Médaille porte, du côté de la tête, la même Légende que celle qui ſe trouve ſur une autre Médaille d'Hadrien fabriquée pareillement à Argos, on peut dire alors que les Argiens ont eu deſſein d'honorer ici Argus & Hadrien comme les fondateurs de leur Ville; & qu'ils ont rendu cet hommage au premier, parce que leur Païs tiroit ſon nom de lui; & au ſecond, à cauſe des bienfaits qu'ils en avoient reçus. La Médaille dont je viens de faire mention, eſt deſcrit dans le* Cabinet de Theupoli, *p.* 872. *La Légende qui environne la tête d'Hadrien, contient ces mots:* L'Empereur Hadrien, Fondateur; *& ſur le Revers on voit une couronne, qui renfermè cette Inſcription:* ΝΕΜΕΙΑ; *c'eſt-à-dire*, les Jeux, *ou* Combats Neméens. *Mais pour revenir à notre Médaille, ſi la Légende, qu'elle porte du côté de la tête, n'attribue pas à Hadrien le titre de* Fondateur, *je ne diſconviens pas qu'en ce cas on ne puiſſe raporter la tête dépeinte ſur le Revers, à Jupiter Neméen; car ce Dieu étoit en ſinguliére vénération chez les Argiens, ainſi que le témoigne* Pauſanias, *Liv.* II. *p.* 144. Les Argiens, *dit-il*, s'aſſemblent à Nemée, où ils font des Sacrifices à Jupiter Neméen, & choiſiſſent quelqu'un d'entre eux pour faire l'office de Prêtre en ſon Temple. Pendant cette ſolemnité, qui ſe célébre en hiver, ils ouvrent les jeux de la courſe, où l'on n'admet que des hommes armés pour entrer en lice.

XXXVI.--XXXVIII. Ces *trois Médailles reconnoiſſent la Macédoine pour le Païs de leur fabrique. La premiére repréſente les Dioſcures à cheval & armés de lances, avec ce ſeul mot d'Inſcription:* Des Macédoniens. *La Légende des deux ſuivantes eſt exprimée de la ſorte:* La Société des Villes de Macédoine. *L'une a pour Tipe un bouclier à la maniére des Macédoniens, & l'on a dépeint dans l'autre la foudre de Jupiter, qui étoit la grande Divinité du Païs.*

XXXIX.


XXXIX. La *tête d'Hadrien couronnée de laurier est accompagnée de la Légende suivante sur le contour, dans la Médaille de cette espèce que j'ai dans* mon Cabinet: L'Empereur Hadrien. *Le champ du Revers est environné d'une couronne faite d'une certaine espèce de lierre qui croissoit en Cilicie, & que l'on apelloit* Smilax; *&, au milieu de la dite couronne, on lit ces mots:* Des Eliens, *ou* Citoyens d'Elis.


XL. On *a dédié sur celle-ci une couronne civique, ou de chêne à l'Empereur Hadrien, comme Conservateur des Villes & des Provinces de l'Empire: laquelle couronne renferme une Inscription, dont voici le sens:* De Flavie Samosate, Metropole de Comagène. *Les Rois de Comagène avoient autrefois tenu leur Cour à Samosate, qui étoit la Capitale de leur Royaume; mais ce païs étant tombé dans la suite sous la puissance des Romains, la Ville de Samosate n'eut plus que la qualité de Métropole. Flavius Vespasien avoit réduit le Royaume de Comagène en Province Romaine. En quoi cet Empereur ne s'étoit pas trop conduit selon les régles de la justice & de l'équité; car il avoit dépouillé Antiochus, dernier Roi de Comagène, du patrimoine de ses Ancêtres, quoique ce Prince & ses fils eüssent aidé de tout leur pouvoir le même Vespasien dans la guerre contre les Juifs & pendant le siége de Jerusalem. Cependant les Samosatiens, pour tâcher de se concilier la faveur & les bonnes graces de Vespasien leur nouveau maître, donnerent à leur Ville le surnom de* Flavienne; *comme il paroit, tant par cette Médaille, que par d'autres encore qui ont été frapées en cette Ville. Mais, ce qui augmente considérablement le prix de cette petite Médaille, (car elle est de la troisième grandeur,) c'est qu'elle contient l'époque de Samosate, qui est clairement marquée sur une Médaille de cette espèce que je possede, & qui est trèsbien conservée. On y lit distinctement ces mots autour de la tête d'Hadrien couronnée de laurier:* Hadrien Auguste, l'an LX. *Le Chanoine* Dronius, *qui avoit aussi dans son Cabinet une semblable Médaille, en communiqua le dessein au* Cardinal Noris; *ce qui fit un extrème plaisir à ce Cardinal, qui en témoigne sa reconnoissance dans son Liv.* de Epoch. Syro-Macedon. *Dissertat.* II. *Chap. dernier, p.* 141. *En effet cette petite Médaille lui fut d'un grand secours pour fixer le commencement de l'époque de Samosate, dont il traite en cet endroit.*

XXXIX. Hadriani laureatum caput in nummo *Musei mei* hanc habet epigraphen: ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC. i. e. *Imperator Hadrianus.* Ab altera parte in Corona Smilacea legitur: ΗΛΕΙΩΝ. i. e. *Eleorum.* Smilacis vocabulo hederam Ciliciam veteres adpellarunt.

XL. In Corona civica, sive quernea, Hadriano Imperatori, tamquam Conservatori civium provinciarumque consecrata, scribitur: ΦΛΑουίων CΑΜΟσάτων ΜΗΤΡΟπόλεως ΚΟΜμαγένης. i. e. *Flaviorum Samosatensium Metropoleos Commagenes.* Fuerat Samosata quondam Regum Commagenes sedes regia, postea ejusdem Commagenes in provinciam redactae exstitit metropolis. Provinciam fecerat Flavius Vespasianus, non optimo jure; spoliaverat enim Antiochum, ultimum Commagenes Regem, avito Regno, quamvis ab illo filiisque ejus egregie in expugnatione Hierosolymarum adjutus fuisset. Samosateni, ut gratiam Vespasiani, novi domini, captarent, urbem suam Flaviam cognominarunt, uti ex hoc aliisque ibidem cusis nummis adparet. Verum huic nummulo (est enim tertiae magnitudinis) insigne pretium addit epocha Samosatenorum, cujus notitiam subministrat is qui in *Museo meo* eximie conservatus occurrit. In eo enim juxta caput Hadriani laureatum legitur: ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒΑCτὸς ΕΤ. Ξ. i. e. *Hadrianus Augustus anno* LX. qualis nummuli notitia atque pictura sibi Parisiis ex *Museo Droniano* subministrata, plurimum laetabatur Eminentissimus *Cardinalis Norisius* in libro de Epochis Syro-Macedonum, Dissertatione II. Cap. ult. p. 141., atque ex eodem ibi in initium ejus epochae inquirit.

PLAN- TA-


ΕΦΕ
ΣΙΩΝ
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ
ΕΦΕ
ΣΙΩΝ
ΦΛ ΚΑΛ
ΚΙΔΕΩΝ
Α
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ
ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣ ΑΔΡ
ΕΤΟΥΣ ΘΟΙΡ ΑΙΓΕΑΙΩΝ
SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG P P
HADRIANVS AVGVSTVS
ΣΑΒΕΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ
ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΤΟ Β
L AELIVS CAESAR
TR POT
CAESAR
ΚΑΙΣΑΡ



TABULA LVI.

Quae reliqua Hadriani Graeca complectitur Numismata; persequitur deinde Numismata Latina & Graeca Sabinae atque AElii Caesaris.

Num. I.

In nummo hujus Tabulae primo, qui ΗΛΕΙΩΝ. i. e. *Eleorum*, inscribitur, depingitur magnifica illa, quae inter septem Orbis miracula numeratur, Jovis Olympici statua, a summo statuario Phidia mirifica arte elaborata. Olympiae, Elidis urbe, adtoniti perfectione operis & majestate vultus, illam suspiciebant veteres. Operose Jovis Olympii illud simulacrum describit *Pausanias* Lib. V. Cap. XI. p. 400. *Sedet* (inquit) *in solio Deus ex auro & ebore factus. Corona capiti inposita est, ad oleaginae frondis imaginem. Dextra victoriam*, (in nummo hoc detrita videtur, vel a sculptore non animadversa, nam a *Vaillantio* p. 34. agnoscitur) *& ipsam ex ebore & auro praefert, cum taenia & corona. Laeva sceptrum tenet adfabre expolitum, & omnium metallorum varietate distinctum. Quae avis sceptro incumbit aquila est. Aurei sunt Deo calcei & pallium item aureum. In eo tum diversa animalia, tum ex omnibus florum generibus lilia in primis caelata sunt. Solium ipsum auro & pretiosis praefulget lapidibus: neque in eo vel ebenum, vel ebur desideratur* &c. Quantum in tam parvo spatio exiguae figurae in nummo circumscribi potuit verenda illa Jovis Olympii effigies, in eximio hoc Hadriani nummo conspicitur. Imo ipse Hadrianus commune sibi hoc nomen cum Jove esse voluit, uti ostendunt Inscriptiones veteres, & Numismata ab Ephesiis atque Laodicensibus cusa, atque depicta apud *Clau-*

PLANCHE LVI.

Où l'on trouve le reste des Médailles Grecques d'Hadrien, qui sont suivies d'autres Médailles Latines & Grecques de Sabine & du César AElius.

Medaille I.

La premiére *Médaille de cette Planche porte l'Inscription suivante:* Des Eliens, *ou* Citoyens d'Elis; *& son Tipe contient une représentation de cette magnifique statuë de Jupiter Olympien, qui avoit été travaillée avec un art infini par le fameux Phidias, & qui passoit pour une des sept merveilles du monde. On admiroit autrefois ce chef-d'œuvre incomparable à Olympia, Ville d'Elide; & les anciens Payens, frapés tant de la beauté de cette Idole, que de la majesté de son regard, se prosternoient devant elle & lui rendoient un Culte religieux.* Pausanias, *Liv.* V. *Chap.* XI. *p.* 400., *fait une ample description du simulacre de ce Jupiter Olympien.* Ce Dieu, *dit-il*, est assis sur un trône, & sa statue est faite d'or & d'ivoire. La couronne qu'il porte sur la tête, est formée de feuilles qui imitent celles de l'olivier. Il tient de la main droite une figure de la Victoire, (*elle est effacée sur la Médaille de* la Reine, *ou le Graveur ne l'a point aperçue, car* Vaillant *en fait mention à la p.* 34.) Cette figure, qui est aussi d'or & d'ivoire, porte une couronne & des rubans. Jupiter tient de la main gauche un sçeptre fait avec beaucoup d'art, & qui est composé de tous les métaux. L'Oiseau qu'on voit perché sur le bout de ce sceptre est un aigle. La chaussure du Dieu est d'or, de même que son manteau, sur lequel on a gravé diverses figures d'animaux & toutes sortes de fleurs, mais principalement des lis. Pour ce qui est du trône même, l'or & les pierres précieuses y brillent de toutes parts, & l'on n'y a pas épargné l'ébène, ni l'ivoire, &c. *On voit sur notre Médaille cette admirable statuë de Jupiter Olympien aussi bien dépeinte qu'il a été possible de le faire sur une piéce de cuivre d'un si petit volume. Ce qu'il y a de remarquable, c'est qu'Hadrien eut la vanité de vouloir partager avec Jupiter même ce surnom d'Olympien; ainsi qu'il paroit, tant par d'anciennes Inscriptions, que par des Médailles frapées à Ephese & à Laodicée, dont on peut voir les desseins chez* Claude Ni-

caise, *dans sa Dissertation sur la Médaille Panthée d'Hadrien, p.* 15., (*c'est-à-dire, sur une Médaille d'Hadrien, où la tête de cet Empereur est parée des simboles de plusieurs Déïtés differentes*) & *dans l'appendix, p.* 3. Spartien *nous apprend aussi la même chose dans la Vie de cet Empereur, Chap.* XIII. Hadrien, *dit cet Auteur*, étant revenu à Rome après son voyage d'Afrique, il en partit presque aussi-tôt pour l'Orient; & prenant son chemin par Athènes, il se dédia à lui-même les Ouvrages qu'il avoit commencés dans cette Ville, de même qu'un Temple & un Autel de Jupiter Olympien. Ensuite, continuant sa route par l'Asie, il consacra pareillement en divers lieux des temples bâtis en son honneur. Pausanias, *au Liv.* I. *p.* 42., *décrit plus au long ce Temple de Jupiter Olympien, qu'on voyoit à Athènes de son tems. Voici de quelle maniere il en parle:* L'Empereur Hadrien dédia le Temple de Jupiter Olympien, aussi bien qu'une statuë d'une prodigieuse grandeur qui est dans ce Temple, & que l'on peut comparer aux colosses de Rome & de Rhodes. *Il ajoute un peu après:* L'enceinte de ce Temple a plus de quatre stades de circuit, & l'on n'y voit aucun endroit sans statuës; parce que toutes les Villes de la Grèce se sont empressées, chacune en particulier, d'y dresser une statuë à Hadrien. Mais les Athéniens ont enchéri par-dessus tous les autres, en lui érigeant derriere ce Temple un colosse d'un travail merveilleux.

II. Il *y avoit autrefois dans la Bithynie une Ville qui tiroit son nom de celui de l'Empereur Hadrien. Cette Ville étoit située auprès du mont Olympe, ainsi que nous l'indique une Médaille de Sevére du grand module, qui est décrite par* Vaillant *à la p.* 79. *Il semble que ses Citoyens, sur une autre Médaille de Sevére que* Vaillant *cite au même endroit, se donnent le nom d'*Hadrianothyriens; *au lieu que sur la presente Médaille ils se nomment* Hadrianothérites. *Toute la Bithynie même prit le surnom d'*Hadrianienne, *comme nous l'avons vû au N°.* 17. *de la Planche* XXV. *Dans le Tipe de notre Médaille, le Génie de la Ville est dépeint assis, sous la figure d'une femme, qui tient une patére de la main droite & une corne d'abondance de la gauche.*

III. Il *est fait mention sur celle-ci d'une Ville de Cilicie apellée* Zephyrium, *ce qui nous est aussi confirmé d'ailleurs par le suffrage de* Tite-Live, *qui parle ainsi au Liv.* XXXIII. *Chap.* 4.

Claudium Nicasium in Dissertatione de Nummo Hadriani Pantheo p. 15. & in Appendice p. 3. ut & *Spartiani* testimonium in Vita ejus Cap. XIII. *Denique quum post Africa Romam rediisset, statim ad Orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera, quae apud Athenienses coeperat, dedicavit: ut Jovis Olympii aedem & aram sibi: eodemque modo per Asiam iter faciens Templa sui nominis consecravit.* Uberius illud Athenis quod erat Templum describit *Pausanias* Lib. I. p. 42. Ὀλυμπίυ Ἀδριανὸς &c. i. e. *Olympii vero Jovis Templum Adrianus Imperator dedicavit, & in eo signum, quod magnitudine cum Romanis & Rhodiensibus colossis conferri possit.* Et ibidem aliquanto post: *Est autem totius Templi ambitus stadiorum amplius quatuor, neque ejus ulla pars statuis vacat; singulae enim urbes in eo Adriani statuam posuerunt: quas omnes Athenienses longo intervallo superarunt, erecto eidem mirandi operis colosso in postica parte Templi.*

II. Ab eodem Imperatore Hadriano nomen adepta fuit quaedam Bithyniae ad Olympum montem civitas, prouti situs ejus describitur in Numismate Severi quod maximi est moduli, atque citatur a *Jo. Vaillantio* p. 79. Videntur ejus cives ibidem in alio Severi nummo significari nomine ΑΔΡΙΑΝΟΘΥΡΕΩΝ, i. e. *Hadrianothyreorum;* in hoc autem Hadriani, adpellatione ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ, i. e. *Hadrianotheritarum.* Imo universa Bithynia *Hadrianeam* sese adpellavit, uti docuimus supra ex nummo septimodecimo Tabulae XXV. Sedet in Hadriani nummo Genius urbis, figura muliebri, dextra pateram tenens, laeva cornucopiae.

III. Urbs Ciliciae, nomine Zephyrium, ex hoc cognoscitur nummo, cui adstipulatur *Livius* Lib. XXXIII. Cap. 4. *Zephyrio, & Solis,*

Solis, & Aphrodiſiadi, & Coryco, &, ſuperato Anemurio (promontorium id quoque Ciliciae eſt) Selinunte recepto; omnibus his aliiſque ejus orae caſtellis, aut metu aut voluntate ſine certamine in deditionem acceptis. Ad promontorium Zephyrium ſita fuit urbs, ejuſque incolae adpellatione ΖΕΦΥΡΙΟΤΩΝ, i. e. *Zephyriotarum* nomine veniunt in hoc nummo, in quo depingitur Jupiter ſedens, dextra manu tenens haſtam, laeva Victoriolam. *Jo. Vaillantius* p. 34. male muliebrem facit figuram. Ex liberalitate autem Hadriani hanc Jovi ſtatuam & forſan templum quoque apud Zephyriotas fuiſſe exiſtimo.

IV. Jovem in Templo quatuor columnarum in hoc AEzanitarum nummo agnoſcit *Jo. Vaillantius* p. 34. quod non ita ſe habere exiſtimo, verum ipſius Hadriani hanc eſſe ſtatuam, & quidem coloſſeam, prouti in Templo Jovis Olympii poſuere talem Athenienſes, ut ſupra ad Num. I. vidimus. Certe Imperatoria haec & ingens eſt ſtatua, paludamento & lorica inſtructa, atque laeva manu ſcipionem tenens, dextra victoriolam. AEzanitae Phrygiam incoluerunt.

V. Commune Cretenſium, ut inſcriptio nummi: ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ, docet, Hadriano hunc nummum cum typo Dianae venatricis dedicavit. Reperitur quoque in *Muſeo Theupoliano* p. 875. ubi juxta caput nudum Hadriani haec dicitur adeſſe inſcriptio: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΤΡΑΙανὸς ΑΔΡΙΑΝΟϹ. i. e. *Imperator Caeſar Trajanus Hadrianus.*

VI. Nummum hunc cum caducei alati typo revocat *Jo. Vaillantius* p. 36. ad Lydiae urbem, legens CAETΩN. quaſi *Saetorum*, in aliquam ejus nominis urbem inquirens. Reprehendit illum *Nicol. Franciſcus Haymius* Tom. II. Theſ. Britann. p. 211. hactenus recte; verum & ipſe errat, dum ad Samoſatam relegat, eo quod ipſe duos invenerit ibique delineaverit Hadriani num-

4. Zephyrium, Soli, Aphrodiſias, Corycum, Anemurium (qui eſt auſſi un promontoire de Cilicie) & Selinonte: toutes ces Villes ou Châteaux, de même que tous les autres de cette côte, ſe rendirent ſans combat, ſoit par crainte, ou de bonne volonté. *Il y avoit ſur le promontoire Zephyrium une Ville du même nom, & ſes habitans ſe donnent celui de* Zephyriotes *dans l'Inſcription de notre Médaille. Jupiter y eſt repréſenté aſſis, tenant une haſte de la main droite & portant une petite Victoire ſur la paume de la main gauche.* Jean Vaillant *s'eſt imaginé mal-à-propos, p.* 34, *que ce Tipe porte une figure de femme. Je crois, pour moi, que cette ſtatuë avoit été erigée à Jupiter chez les Zephyriotes par la liberalité d'Hadrien; peut-être même qu'il avoit fait bâtir dans la dite Ville un Temple à ce Dieu.*

IV. Vaillant *prétend encore dans la même page* 34., *que cette Médaille des Ezanites contient une ſtatuë de Jupiter, qu'elle repréſente dans un Temple à quatre colomnes; mais je ne ſuis pas de ſon opinion, je crois plutôt que c'eſt une ſtatuë d'Hadrien, & même une ſtatuë Coloſſale, ſemblable à celle que les Atheniens lui avoient érigée dans leur Temple de Jupiter Olympien; comme nous l'avons vû au N°.* I. *de cette Planche. Car il eſt certain que c'eſt une ſtatuë d'Empereur & même d'une grandeur extraordinaire. Elle eſt depeinte armée d'une cuiraſſe & d'une cotte d'armes, & tenant une baguette de la main gauche & une petite Victoire ſur la paume de la droite. Les Ezanites habitoient dans la Phrygie.*

V. La Société des Cretois, *comme porte l'Inſcription, a dédié cette Médaille à Hadrien, & y a fait graver pour Tipe une figure de Diane, Déeſſe de la chaſſe. Elle ſe trouve auſſi dans le* Cabinet de Theupoli, *p.* 875., *où l'on raporte de cette façon la Légende qui eſt autour de la tête nuë d'Hadrien.* L'Empereur Céſar Trajan Hadrien.

VI. Celle-ci *a pour Tipe un caducée ailé, &* Jean Vaillant *p.* 36., *la raporte, à une Ville de Lydie; parce qu'il a lû dans l'Inſcription* CAETΩN, *comme qui diroit* des Sétiens. *Là-deſſus, il s'eſt aviſé d'aller forger une Ville de ce nom en Lydie.* Nicolas François Haym *le critique avec raiſon ſur ce point, au Tom.* II. *de ſon Tréſor Britann. p.* 211.; *mais il ſe trompe lui-même, lorſqu'il attribue cette Médaille aux Samoſatiens, ſur ce qu'il avoit* trou-

trouvé deux Médailles d'Hadrien, avec un Caducée ailé, qui avoient été frapées à Samoſate, (il en donne les deſſeins au même endroit,) comme s'il n'y avoit pas eu d'autres Villes que celle-là qui euſſent fait graver ce ſimbole ſur leurs Médailles. D'ailleurs, les lettres qui compoſent les Inſcriptions de ces Médailles ſont fort différentes; car on lit ces mots ſur la premiére Médaille de Haym; Des Samoſatiens, l'An 59; *& ſur la ſeconde:* Des Flaviens Samoſatiens, l'An 60.; *au lieu qu'on trouve écrit ſur la Médaille de la* Reine Chriſtine: Des Selgiens. *Selga étoit une puiſſante Ville de la Pamphilie, & les Selgiens ſont fort connus dans l'Hiſtoire.* Etienne de Bizance *dit, à la p.* 591., *que cette Ville étoit une Colonie des Lacedemoniens. L'erreur de* Vaillant *eſt venuë de ce qu'il a crû* 1°. *que la lettre* E *étoit la troiſième de cette Inſcription, pendant qu'elle en eſt la ſeconde;* 2°. *de ce qu'il a pris la lettre* Λ, *qui eſt la troiſième en rang, pour un* A; *& qu'il l'a miſe à la ſeconde place. Il s'eſt encore trompé de même ſur la quatrième lettre, ſavoir* Γ, *qu'il a pris pour un* T. *Enfin il a ſauté par-deſſus les deux lettres ſuivantes,* AI. *On ne doit donc pas être ſurpris qu'ayant lû ſi mal les lettres de cette Légende, il en ait forgé un nouveau nom de Ville qui n'a jamais exiſté que dans ſon imagination.*

VII. LA *Médaille dont il s'agit maintenant, a été frappée dans une Ville de Lydie, ou de Lycie, ou de Pamphilie, comme le témoigne cette Inſcription qu'elle porte:* Des Attaliens. Jean Vaillant, *auquel il étoit tombé une Médaille ſemblable entre les mains, dit à la p.* 32. *que ſon Tipe contient une figure de Pallas, dans un Temple à quatre colomnes, & qu'on y voit aux pieds de cette Déeſſe, d'un côté un hibou ſur un caſque, & de l'autre un bouclier. Nous apprenons delà que ce qu'on ne peut pas bien diſtinguer dans notre deſſein ſous les pieds du hibou, eſt un caſque. Mais la Déeſſe tient de plus dans notre Tipe une petite Victoire ſur la main droite & une haſte de la gauche. Cette Ville, ſoit de Lydie, de Lycie, ou de Pamphilie, avoit pris ſon nom de celui de Attalus Philadelphe. Du moins nous en avons deux Auteurs pour garans. Le premier eſt* Etienne de Bizance *ſur le mot* Attalea, *dont il parle comme d'une Ville de Lydie. L'autre eſt* Strabon, *au Liv.* XIV. *p.* 983, *où il fait le denombrement des Villes de Lycie ou de Pamphilie. Cet ancien Géographe, après avoir décrit Phaſelis, Olbia & le fleuve Cataractes, ajoute ces mots:* On rencontre enſuite At-

nummos cum caduceo alato Samoſatis cuſos; tamquam non aliae quoque civitates caducei ſymbolum nummis ſuis inſculperent. Lectio quoque longe diverſa eſt. Legitur in primo *Haymii* nummo CAμοσατέων ETʋς ΘN. i. e. *Samoſatenſium, anno* 59. in altero: ΦΛαʋίων Cαμοσάτων ETʋς Ξ. i. e. *Flaviorum Samoſatenſium, anno* 60. Verum in *Reginae Chriſtinae* nummo legitur CEΛΓAIΩN. i. e. *Selgenſium.* Pamphyliae urbs valida fuit Selga, & noti in Hiſtoria ſunt Selgenſes. Lacedaemoniorum coloniam fuiſſe adſerit *Stephanus Byzantinus* p. 591. Fraudi *Vaillantio* fuit quod literam E. tertiam in lectione fecerit literam, quum, tamquam ſi ſecundo loco in lectione conſtituta eſſet, legi debeat; deinde quod ex litera Λ. quae tertia in lectione eſt, fecerit literam A. & ſecundo loco poſitam crediderit. Pari deinde errore ex litera quarta Γ. fecit literam T. transſiliit vero ſequentes duas literas AI. & ſic novum urbis ignotae nomen ex mala ſua lectione formavit.

VII. IN Lydia ſeu Lycia vel Pamphylia nummus hic elegans ſignatus eſt, ut docet inſcriptio: ATTAΛEΩN. i. e. *Attalenſium.* Vidit hunc vel ſimilem *Jo. Vaillantius*, atque typum ejus p. 32. ſcribit eſſe Palladem in templo quatuor columnarum, hinc galeae inſidente noctua, illinc poſito clypeo; unde diſcimus, illud ſubobſcurum, quod in hoc nummo cernitur ſub noctua, eſſe galeam; ſed & inſuper victoriolam dextra manu Dea tenet, laeva haſtam. Lydiae, ſive Lyciae ſeu Pamphyliae haec urbs nomen ſortita fuit ab Attalo Philadelpho, ut docent *Stephanus Byzantinus* in voce *Attalea* tamquam Lydiae urbe, atque *Strabo*, ubi Lyciae ſeu Pamphyliae recenſet urbes Lib. XIV. p. 983. Ille, ubi Phaſelidem & Olbiam deſcripſit, & fluvium Cataractea; addit: Εἶτα πόλις Ἀτταλία, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου. i. e. *Sequitur Attalea urbs, nomen*

men habens ab Attalo Philadelpho conditore. Praecipuo honore ibidem cultam fuisse Minervam, cujus Templum forte ornaverit Hadrianus, nummi typus ostendit.

VIII. - X. SEQUUNTUR tres Hadriani ab Ephesiis signati nummi. Primus & tertius inscribuntur ΕΦΕCΙΩΝ. i. e. *Ephesiorum.* Ex iisdem alter Dianam in cervorum bigis exhibet, alter cervum stantem. Medius ex illis Dianae typum habet, quae laevo genu prostrato cervo, quem cornubus atque ore tenet, innititur; adscribitur: ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΩΝ. i. e. *Diana Ephesiorum.* Qui primo loco invenitur nummus hanc a parte capitis laureati habet epigraphen in *Museo Theupoliano* p. 876. ΚΑΙCΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟC. i. e. *Caesar Hadrianus.*

XI. APUD Flavios Chalcidenses, uti testatur, quae laureae coronae inclusa est inscriptio, cusus nummus literam A. sub inscriptione exhibet, quae annum primum Hadriani significare potest, vel alphabetico ordine innuere matricum differentiam, prouti in similibus Chalcidis atque Beroeae nummis sub Trajano cusis observare licet.

XII. NOTABILIOR hujus nummi typus & inscriptio est. Dianae caput, cum crescente luna in vertice, pectore tenus exprimitur, cum pharetra ad humeros atque arcu ante pectus. Scribitur in circuitu: ΑΡΤΕΜΙC ΤΥΧΗ ΓΕΡΑCΩΝ. i. e. *Diana Fortuna Gerasenorum.* Fuit haec urbs Gerasa in regione Decapolitana, ejusque mentionem Josephus, Ptolemaeus, aliique faciunt. Veluti Fortunam atque tutelare urbis Numen colere sese Dianam inscriptione hac atque typo Deae testantur Geraseni.

XIII. SAEPISSIME in Sidoniorum nummis depingi currus Astartes solet, adscripto; ut in nummo hoc, superbo hoc urbis suae titulo: ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ. i. e. *Divinae Sidonis.*

XIV. AEGYPTIUS nummus caput Jovis

Attalea, Ville qui tire son nom d'Attalus Philadelphe son fondateur. *Le Tipe de notre Médaille fait voir que les Attaliens avoient choisi Minerve pour la Déesse tutélaire de leur Ville, & qu'ils l'honoroient en cette qualité. Peut-être aussi qu'Hadrien avoit fait réparer & embellir son Temple.*

VIII. - X. LES *trois Médailles, que nous venons d'indiquer, ont été frapées à Ephese. La premiére & la troisième portent cette Inscription:* Des Ephesiens. *L'une représente Diane sur un char tiré par deux Cerfs, & l'autre un cerf debout. Celle du milieu, ou du N°. IX. a pour Tipe une figure de Diane qui presse du genou un Cerf abbatu, qu'elle tient par les cornes & par la tête; & on y lit ces mots sur le contour:* La Diane des Ephesiens. *Dans le* Cabinet de Theupoli *p.* 876, *on remarque aussi sur la premiére de ces trois Médailles, autour de la tête d'Hadrien couronnée de laurier la Legende suivante:* Le César Hadrien.

XI. CELLE-CI *a pris son origine chez les* Flaviens Chalcidiens, *ainsi que le témoigne son Inscription, qui est renfermée dans une couronne de laurier. Au-dessous de cette Inscription on remarque la lettre* A, *qui signifie peut-être la premiére année de l'Empire d'Hadrien; ou peut-être servoit-elle à faire connoître la différence des moules, qu'on distinguoit entre eux par les lettres de l'alphabet; car on trouve de semblables lettres gravées sur les Médailles de Chalcis & de Beroée frapées sous Trajan.*

XII. LE *Tipe & l'Inscription de cette Médaille sont dignes de remarque. Le Tipe contient un buste de Diane, qui a un croissant de Lune audessus du front, un carquois sur le dos, & un arc devant la poitrine. Le contour est chargé de cette Légende:* Diane la Fortune des Geraseniens. *Gerasa étoit une des Villes de la Decapole. Josephe, Ptolomée, & d'autres Auteurs en ont fait mention. Les Geraseniens témoignent clairement par le Tipe & l'Inscription de cette Médaille, qu'ils invoquoient Diane comme leur Divinité tutélaire, & qu'ils étoient persuadés qu'elle prenoit fort à cœur les intérêts de leur Ville.*

XIII. LE *char d'Astarte est le Tipe le plus ordinaire des Médailles de Sidon; & ce Tipe est souvent accompagné d'une Inscription, où les Sidoniens donnent un titre fort superbe à leur Ville. Cette Inscription, qui se trouve aussi sur la presente Médaille, est conçue en ces termes:* De la Divine Sidon.

XIV. LA *tête de Jupiter Serapis est ici dépeinte,*

peinte, ornée de la plante Lotus, & on remarque devant sa face l'oiseau sacré des Egiptiens, apellé Ibis. L'Inscription porte : Des Hermopolitains, l'an XI. *Il est visible que cette Ville tiroit son nom de celui d'Hermes, ou de Mercure, au Culte duquel elle s'étoit apparemment consacrée d'une façon particuliere.* Strabon *écrit au Liv.* XVII. *p.* 1154, *qu'Hermopolis, avec une autre Ville nommée Butos, étoit située dans une Isle, qui s'étoit au milieu d'un lac, dans cette partie de l'Egipte qu'on apelloit Delta.*

XV. CETTE *Médaille est aussi datée de la même année de l'Empire d'Hadrien que la précédente; & elle a été frapée, si je ne me trompe, dans une Ville d'Egipte qui portoit le nom de Nilopolis. En effet, comme il m'a paru que sur la précédente, au lieu d'*ΕΡΜΟΥ, *il faloit lire* ΕΡΜΟΠ. *je soupçonne aussi qu'il faut changer de même l'*Υ *en* Π. *sur celle-ci, & que l'Inscription entiére doit être lûë de cette façon:* Des Nilopolitains, l'An XI. *Le Tipe représente la tête d'Isis couverte de la fleur de Lotus.*

XVI. CELLE-CI *est encore Egiptienne d'origine, comme le prouve cette Inscription qu'on y lit :* Des Oxyrinchites, l'An XVIII. *Minerve, qui est représentée debout dans le Tipe, & avec le casque en tête, tient une petite Victoire de la main droite & une haste de la gauche.* Strabon *parle de cette Ville au Liv.* XVI. *p.* 1166. *où il remarque, qu'on y adoroit un poisson nommé Oxyrinchus, & que les habitans lui avoient consacré un Temple comme à un Dieu. On croyoit en Egipte, au raport d'*Elien *Liv.* X. *Chap.* 46., *que ce poisson avoit été engendré des playes d'Osiris. La Ville dont il s'agit, avoit tiré son nom de celui de ce poisson; & quoique les autres Egiptiens adorassent aussi le poisson en question, on ne lui rendoit pourtant nulle part un Culte plus solemnel que dans la Ville qui portoit son nom, & qui, comme nous l'aprend* Strabon, *lui avoit élevé un Temple. On peut voir une Médaille semblable avec le Tipe de Minerve dans le* Cabinet de Theupoli *p.* 879; *mais elle a été frapée l'an* XI. *de l'Empire d'Hadrien. Sur la premiére face, autour de la tête de ce Prince couronnée de laurier, on lit ces mots:* L'Empereur César Trajan Hadrien, Auguste.

XVII. NOUS *saluons ici de la vûë l'ancienne Patrie de la Ville d'Athènes; car tous les Antiquaires conviennent aujourd'hui, que cette Ville doit son origine aux Egiptiens, & sur-tout à la*

Jovis Serapidis loto planta ornatum exhibet, ante quod AEgyptia volucris Ibis observatur. Additur epigraphe : ΕΡΜοπολίτων Λυκάβαντος ΙΑ. i. e. *Hermopolitarum anno* XI. Adparet denominationem urbis Hermopolis, a Mercurii cultu tractam. Hermopolin ait *Strabo* Lib. XVII. p. 1154. una cum urbe Buto, in insula quae in lacu fuit positam, in ea AEgypti regione quae Delta adpellatur.

XV. EODEM Imperii Hadriani anno hic quoque nummus signatus fuit, forsitan in aliqua AEgypti urbe Nilopoli adpellata; nam sicuti in proxime praecedente nummo pro literis ΕΡΜΟΥ exstare in aere credo ΕΡΜΟΠ. ita quoque hic suspicor Υ. in Π. mutari, & legi debere : ΝΕΙΛΟΠολίτων Λυκάβαντος ΙΑ. i. e. *Nilopolitarum, anno* XI. Depingitur Isidis caput, loti flore tectum.

XVI. ET hic nummus ex AEgyptia urbe prodiit, uti docet epigraphe : ΟΞΥΡυγχιτῶν Λυκάβαντος ΙΗ. i. e. *Oxyrinchitarum, anno* XVIII. Pro typo est Minerva galeata stans, dextra tenens victoriolam, laeva hastam. Mentionem hujus urbis facit *Strabo* Lib. XVI. p. 1166. ubi notat ibidem Oxyrinchum piscem coli, ejusque veluti Numinis, ibidem esse Templum. Credebatur ibi is piscis, teste *AEliano* Lib. X. Cap. 46. ex Osiridis vulneribus prognatus esse. Nomen ab illo pisce accepit urbs, & quamvis reliqui quoque Aegyptii divino cultu piscem illum prosequerentur, tamen praecipue in urbe cognomine, ubi, juxta *Strabonem*, Templum habebat, colebatur. Similem nummum cum typo Minervae, sed anno Hadriani XI. signatum cognoscere licet ex *Museo Theupoliano p.* 879. ubi haec adest ad Imperatoris laureatum caput inscriptio : ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΤΡΑΙανὸς ΑΔΡΙανὸς ΣΕΒΑστός. i. e. *Imperator Caesar Trajanus Hadrianus Augustus.*

XVII. ANTIQUAM Athenarum urbis patriam salutamus, quam nunc penes omnes fere Antiquarios constat in AEgypto quaerendam esse, &

& quidem in regione & urbe Saite, a qua & colonos & religionem accepere Athenae. Quin & cultum Minervae diutiſſime ſervavit antiqua Athenienſium patria, ut patet ex hoc nummo Hadriani AEgyptio, in quo cernitur illa ſapientiae Dea, galea caput tecta, dextra victoriolam tenens, laeva haſtam, cum hac in circuitu epigraphe : CAITηνων Λυκάβαντος IA. i. e. *Saitarum anno* XI. Praeterea illud memoratu dignum, quod in Templo ibidem Minervae vetuſto Regis AEgyptii Pſammetichi ſepultura fuerit. Teſtatur id *Strabo* Lib. XVII. p. 1153. Καὶ ἡ Σεβεννυτικὴ δὲ πόλις καὶ ἡ Σάϊς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν· ἐν δὲ τῷ Ἱερῷ αὐτῆς ἡ θήκη κεῖται τοῦ Ψαμμιτίχου, i. e. *Inde Sebennitica urbs & Sais, inferioris regionis metropolis. In hac Minervam colunt, in cujus Templo Pſammetichi ſepultura eſt.*

XVIII. Haec quoque inter AEgyptias urbes quaerenda, quae Fortunam Deam in nummo expreſſit, ſtantem, atque ſolito more tenentem dextra temonem, laeva cornucopiae. Agnoſcitur urbs ex hac adpoſita epigraphe : MENΔητῶν Λυκάβαντος IA. i. e. *Mendetarum anno* XI. Mendetae ſive Mendeſii Pana Deum & hircum colebant, ibique hircos cum mulieribus coire ſcripſit *Pindarus*, teſte *Strabone* Lib. XVII. p. 1154. hiſce verſibus :

Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσης ἔσχατον
Νείλου κέρας, αἰγίβατοι ὅθι τράγοι γυναιξὶ
μίσγονται.

id eſt :

Mendetis ad vicina mari praecipitia,
Cornuque Nili extremum, qua ſalax caprae
Maritus humanam audet inire faeminam.

XIX. Et hic denique nummus ad AEgyptum relegandus eſt. Legitur in illo, ΑΠΟΛλωνιατῶν: vel ΑΠΟΛλωνοπολιτῶν. Λυκάβαντος IA. i. e. *Apolloniatarum*, vel *Apollonopolitarum, anno* XI. Mulier ſtolata ſacra facit coram ara ignita, laeva tenens cornucopiae. Variae fuere Apolloniae, verum haec potius

la Ville de Saïs, d'où elle a reçu ſes premiers habitans & ſa Religion. Cette ancienne Patrie des Atheniens conſerva pendant le cours de pluſieurs ſiécles le Culte de Minerve, comme le prouve le Tipe de cette Médaille d'Hadrien, où cette Déeſſe de la ſageſſe eſt repréſentée avec le caſque en tête. Elle porte de plus une petite Victoire ſur la main droite, & tient une haſte de la gauche. On lit ſur le contour les paroles ſuivantes : Des Saïtes, l'An XI. *Nous devons auſſi remarquer comme une antiquité mémorable de Saïs, qu'au raport de* Strabon *Liv.* XVII. *p.* 1153, *on y voïoit autrefois dans le Temple de Minerve le tombeau de Pſammetichus, ancien Roi d'Egipte. Voici les paroles de cet Auteur dans l'endroit que nous venons de citer :* On trouve enſuite la Ville Sebennitica & Saïs, qui eſt la Métropole de ce canton. Les habitans de cette derniére Ville adorent principalement Minerve, & l'on voit chez eux un Temple de cette Déeſſe, où le Roi Pſammetichus eſt enterré.

XVIII. Cette *Médaille eſt encore ſortie du même païs que les précédentes, ſavoir de l'Egipte. L'on y a gravé pour Tipe une ſtatue de la Déeſſe Fortune, qui eſt repréſentée debout, tenant à ſon ordinaire un timon de la main droite, & une corne d'abondance de la gauche. La Légende qui eſt ſur le contour nous fait connoître le nom de la Ville où elle a été frapée. En voici le contenu :* Des Mendetes, *ou* des Mendeſiens, l'An XI. *Ce Peuple adoroit le Dieu Pan ſous la figure d'un bouc, &* Pindare *a écrit, qu'on proſtituoit les femmes aux boucs dans le païs de Mendes ; du moins s'il en faut croire* Strabon, *qui attribuë* (*Liv.* XVII. *p.* 1154.) *à ce fameux Poëte des Vers Grecs raportés dans la colomne Latine, & dont voici le ſens :* A Mendes, Ville ſituée ſur des rochers voiſins de la mer, & proche du dernier bras du Nil, où le bouc laſcif a l'audace de s'accoupler avec des femmes.

IV. Memorabilis hic nummus eſt, quantum conjicere licet, in AEgypto quoque cuſus. Deae caput velatum exhibet, cujus cognitionem nobis ſubminiſtrat epigraphe haec marginis: ΘΕΑ ΑϹΤΕΡΙ. . . . *Dea Aſteria.* Quae & qualis haec Dea fuerit, nos docet *Heſiodus* in Theogonia, ſive Deorum Generatione; ibi enim agit de Phoebe Ceo nupta, ex quo Latonam peperit, addit deinceps verſu 409.

Γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης
Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα, φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

i. e. *Genuit inſuper Aſteriam claram, quam olim Perſes duxit in amplam domum, chara ut vocaretur uxor.* Hanc ipſam Aſteriam porro matrem fuiſſe Hecates teſtatur.

V. VI. Hic quidem nummus caput Imperatoris ab antica parte non exhibet, ſed cernitur ibi figura togata ſtans, atque dextra manu phialam tenens. Figuram illam coronat altera adſtans, habitu ſuccincto, remque explicat epigraphe quae in circuitu viſitur: ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΙ ΣΙΑΒΑΝΟΝ. i. e. *Per-*

Pergameni Silvanum (ſcilicet) *honorant* vel *coronant*. Ab altera parte eſt Templum tetraſtylum, in cujus medio ſtatua eſt Imperatoris Romani haſtam tenentis dextra, ut docet adpoſita inſcriptio: ΚΟΜΟΔΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. i. e. *Commodum Auguſtum* (ſcilicet) *colunt Pergameni*. Silvanus ille Proconſul Aſiae vel cum imperio ibidem fuiſſe tempore Commodi videtur; eumque Silvanum, qui plurimum pro urbe Pergamo feciſſe apud Commodum credi poteſt, honoraſſe ejuſmodi ſtatua Pergameni videntur; ipſi autem Commodo erexiſſe Templum cum ſtatua, quae utraque ab altera nummi parte adparent.

VII. VIII. Imperatoris Commodi uxor fuit Criſpina. In honorem ejus nummum hunc ſignari fecerunt Troadenſes. Legitur autem circa caput Criſpinae haec inſcriptio: CRISPINA AVGVSTA. Ab altera parte ſcribitur: COLonia AVGuſta TROADenſis. Stat autem vir militari habitu, ſacrificans ſuper aram coram ſigno Apollinis, habitu muliebri in cippo poſito, advolat ſuperne aquila, quae bilancem unguibus tenere videtur. Similem nummum inter Criſpinae nummos in Coloniis cuſos protulit *Jo. Vaillantius* Tom. I. p. 321. Jure merito eumdem vocat praeſtantiſſimum atque elegantiſſimum. Verum in ejus nummo pro ara tripus eſt Apollinis cum ſerpente circumvoluto. Ex alia matrice ita variari typus potuit. Verum inſuper pro lance ſive libra caput bovis unguibus tenet aquila. Quod (ut ſententiam meam eloquar) ſimiliter ſe in *Reginae* nummo habere exiſtimo, verum, detrito forſitan aliquatenus capite bovino, cornua ejuſdem *Petro Santes-Bartolo* figuram lancis ſive librae exhibuiſſe; de quo vix credo quin dubitare poſſit, ſi audiamus *Jo. Vaillantii* explicationem, qua egregie typum nummi & hiſtoriae antiquae fidem illuſtravit; ea (praeſtat enim ipſius

ſignifient: Les Pergamiens honorent, *ou* couronnent Silvain. *De l'autre côte on remarque un Temple à quatre colomnes, au milieu duquel eſt une ſtatuë qui tient une haſte à la main. Cette ſtatuë repréſente Commode, ainſi que le témoigne la Légende, dont le ſens eſt, que* les Pergamiens *révérent* Commode Auguſte *comme un Dieu. Le Silvain dont il s'agit étoit probablement Proconſul d'Aſie, ou dumoins il y exerçoit quelque Charge conſiderable ſous le Règne de Commode; & il eſt fort apparent que les Pergamiens lui avoient érigé une ſtatuë ſemblable à celle qu'on voit dans notre Tipe, pour quelque ſervice important qu'il leur avoit rendu auprès de l'Empereur; d'autant plus que le même Peuple avoit auſſi dédié un Temple avec une ſtatuë à Commode, ainſi que l'autre côté de la Médaille en fait foi.*

VII. VIII. La *Colonie de Troäde a fait battre la Médaille dont il s'agit dans cet Article, à l'honneur de Criſpine, femme de l'Empereur Commode. On y lit ſur la premiére face, autour de la téte de cette Imperatrice:* Criſpine Auguſte. *Sur le Revers on trouve ces mots écrits en abregé:* La Colonie Auguſte de Troäde. *Le Tipe contient une figure d'homme qui eſt debout & en habit militaire. Cette figure ſacrifie ſur un autel devant un ſimulacre d'Apollon, qui eſt poſé ſur un cippe & paré d'un habit de femme. Vers le haut du Tipe on remarque une aigle dans les airs, qui paroit tenir des balances dans ſes griffes.* Jean Vaillant, *dans ſes Médailles des Colonies, Tom.* I. *p.* 321. *en a produit une de Criſpine, ſemblable à celle-ci, & lui donne avec juſtice les épithètes de très-belle & de très-curieuſe. Mais, au lieu de l'autel qui eſt ici dépeint, on remarque dans le deſſein de* Vaillant *le trépied d'Apollon avec un ſerpent entortillé autour. Ce qu'on doit peut-être attribuer à la difference des moules d'où ces Médailles ſont ſorties. De plus ſur celle de* Vaillant *l'aigle tient une tête de boeuf dans ſes griffes, au lieu des balances qu'on voit dans notre deſſein. Pour ne pas déguiſer ici ma penſée, je crois que la même choſe ſe trouvoit auſſi ſur la Médaille de* la Reine; *mais que la tête de bœuf ayant été effacée, du moins en partie, par l'injure du tems,* Santes-Bartolo *aura pris les cornes, qui étoient plus viſibles que le reſte, pour des balances. Il ne me paroit pas qu'il puiſſe reſter aucun doute ſur ce ſujet à perſonne, après qu'on aura lû l'explication de* Vaillant, *qui éclaircit très-bien le Tipe de cette Médaille, en même tems qu'il confirme admirablement ce que l'on trouve là-deſſus dans l'ancienne*

histoire. C'est pourquoi nous allons traduire en François le Commentaire Latin de cet habile Antiquaire sur le Tipe en question. „ *Cette Médaille* „ *de Crispine, dit-il, apartient à la Colonie de* „ *Troäde; mais la figure militaire qui y sacrifie* „ *devant Apollon, Dieu tutelaire de cette Ville,* „ *n'est point Commode, mari de Crispine. Ce qui* „ *se prouve par deux raisons; la premiére est, que* „ *ce Prince ne mit jamais le pied dans la Troäde, depuis qu'il fut parvenu à l'Empire; & la seconde, que le même Tipe se trouve sur les* „ *Médailles de plusieurs autres Empereurs. Ainsi* „ *cette Médaille confirme mon opinion touchant* „ *l'augure qui fut pris, lorsqu'il fut question de* „ *jetter les fondemens de la nouvelle Troye; car* „ Strabon *raconte au Liv.* XIII. *que cette Ville* „ *fut bâtie, où elle est maintenant, des débris de* „ *l'ancienne Troye, par le commandement de l'Oracle. Or tout cela me paroit exprimé fort clairement sur notre Médaille. En effet, pendant que le Fondateur de la nouvelle Troye* „ *fait un sacrifice à Apollon, Dieu tutélaire* „ *de l'ancienne, pour savoir en quel endroit il* „ *doit asseoir la Ville qu'il a dessein de bâtir,* „ *on voit une aigle dans les airs, avec la tête* „ *du boeuf immolé, qu'elle tient dans ses serres;* „ *avertissant par-là celui qui le sacrifie, qu'il doit* „ *jetter les fondemens de sa nouvelle Ville dans l'endroit où elle va porter cette partie de la victime* „ *qu'elle a enlevée. C'est pourquoi les habitans de* „ *cette Colonie, en mémoire de la fondation de leur* „ *Ville, ont fait représenter sur leurs Médailles,* „ *tantôt une aigle seule qui s'envole avec un tête* „ *de bœuf qu'elle tient entre ses serres, tantôt* „ *cette même aigle avec leur Fondateur qui offre* „ *un Sacrifice à Apollon.* „

IX. X. Voici *une Médaille de Pertinax, frapée à Rome. La tête de cet Empereur y est ornée sur la premiére face d'une couronne de laurier, dont ses vertus le rendoient digne; car ce vénérable & courageux vieillard auroit rétabli l'ancienne discipline parmi les troupes, si les mœurs corrompuës des Prétoriens avoient pû souffrir sur le trône un si bon Prince. La Légende suivante est gravée sur le contour:* L'Empereur César Publius Helvius Pertinax, Auguste. *La Déesse Liberalité est représentée debout sur le Revers, avec un mereau & une corne d'abondance, & la Légende sur le contour est exprimée de la sortes:* Liberalité d'Auguste, Jouïssant de la Puissance Tribunicienne, Consul pour la II. fois.

XI. XII. Les *Médailles Grecques de Pertinax*

ipsius adscribere verba) talis est: „ Ad Coloniam Troadensem pertinet hic Crispinae nummus: sed „ figura illa militaris sacrificans ante Apollinem, urbis tutelarem „ Deum, non est Commodus Crispinae maritus; tum quod ille „ post partum Imperium Troadem „ non adierit, cum similis typus in „ aliis Imperatoribus occurrat; sed „ hic nummus sententiam nostram „ de condendae novae Trojae urbis augurio confirmat, ob aquilam „ caput bovis per aëra gerentem: „ *Strabo* enim Libro XIII. Trojam novam, ubi nunc est, ex „ antiquae ruderibus Oraculi jussu „ aedificatam tradit; quae omnia „ exhibere videtur nummus, in quo „ dum conditor urbis de loco, ubi „ eam constitueret anxius, coram „ Apolline, tutelari Trojae veteris Deo, sacrificat; aquila cum „ bovis capite in illius vertice signata est, quae in eodem loco „ ad quem hanc sacrificii partem „ detulisset, novam urbem aedificandam monet: unde Troadenses in conditae urbis novae memoriam, modo solam aquilam bovis caput unguibus per aëra gerentem, modo illam cum conditore sacra ante Apollinem faciente percusserunt. „ Haec *Jo. Vaillantius.*

IX. X. Sequitur Helvii Pertinacis nummus Romae cusus, in quo a parte priore cernitur caput laureatum egregii illius senis, qui moris prisci Imperator futurus erat, si per corruptos praetorianorum militum mores licuisset. Legitur in margine: IMP*erator* CAES*ar* P*ublius* HELV*ius* PERTIN*ax* AVG*ustus*. Ab altera parte stat Dea Liberalitas cum tessera & cornucopiae, atque hac in circuitu inscriptione: LIBERAL*itas* AVG*usti* TR*ibunicia* P*otestate* COnS*ul* II.

XI. XII. Rarissimi sunt nummi Per-

Pertinacis Graeci. Is qui *Reginae* cimelia quondam exornavit, atque hic depingitur, caput Pertinacis laureatum exhibet cum chlamyde ad humerum, atque hac in circuitu inſcriptione: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Πύϐλιος ΕΛΒιος ΠΕΡΤΙΝΑΞ ΣΕΒαστός. i. e. *Imperator Caeſar Publius Helvius Pertinax Auguſtus.* Legitur in poſtica nummi parte: ΤΩΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟΠόλεως ΠΟΝΤΟΥ. i. e. *Tomeos Ponti Metropoleos.* Depinguntur duae figurae muliebres decumbentes, cum ſtellis ſupra caput, quae Nymphae eſſe cognoſcuntur ex ſimili *Jo. Vaillantii nummo*, quem ille p. 77. teſtatur ſeſe inveniſſe Mediolani. Depinxit ipſum Pertinacis nummum idem *Vaillantius* ante recenſionem Graecorum nummorum Pertinacis, ſed in eo depinxit Nymphas veluti fluviorum more recumbentes, laevaque urnis ſuis, aquas vomentibus, innixas. Quod ita ſe in ipſo nummo habere teſtatur, ejuſmodi addita deſcriptione: „ Duae Nymphae „ humi decumbentes, ſtella ſupra caput ambae inſignes, ſiniſtris urnis „ aquam vomentibus innixis. „ Secundam quoque literam in nomine urbis non ut noſter per Ω. ſed per O. ſcribit. Difficilis autem Typi hujus ſive Nympharum harum Tomitanarum ob hiſtoriae inopiam eſt explicatio. Videntur autem nobiliores ſignificari in Tomitano agro fontes, quorum Nymphas fabuloſo ortu ad Perſen, vel ad Dioſcuros, vel ad ipſum Apollinem retulerint, atque propterea capita earumdem ſtellis diſtinxerint.

tinax ſont fort rares. Celle qu'on trouve deſſinée ſur cette Planche, & qui ornoit autrefois le Cabinet de la Reine Chriſtine, *nous dépeint la tête de cet Empereur couronnée de laurier, avec une cotte d'armes ſur les épaules, & environnée de cette Légende:* L'Empereur Céſar Publius Helvius Pertinax, Auguſte. *L'Inſcription du Revers contient ces mots:* De Tomes, Métropole du Pont. *On voit dans le Tipe deux figures de femmes couchées à la maniére des fleuves, avec des étoiles au-deſſus de leurs têtes. L'on connoit que ce ſont deux Nimphes, par une Médaille ſemblable que l'on trouve chez* Vaillant, *& qu'il témoigne, à la p. 77, avoir vûë à Milan. Cet Antiquaire a placé le deſſein de cette Médaille avant l'explication qu'il donne des Médailles Grecques de Pertinax. Les deux Nimphes y ſont dépeintes couchées & appuyées de la main gauche ſur des urnes à la façon des fleuves, & il nous apprend dans la deſcription qu'il fait du Tipe, qu'elles ſont ainſi repréſentées ſur la Médaille même. „ On y voit, dit-il, deux Nimphes „ couchées par terre, qui ont chacune une étoile „ au-deſſus de leur tête, & qui s'appuyent de la „ main gauche ſur des urnes qui repandent des „ eaux. „ Il faut encore remarquer, que la ſeconde lettre du nom de la Ville dans le deſſein de* Vaillant *n'eſt pas un Ω, comme dans le nôtre, mais un O. A l'égard du Tipe, il n'eſt pas aiſé d'expliquer ce que ſignifient ces deux figures de Nimphes; parce que nous n'avons pas d'Hiſtoriens qui ayent écrit ſur les Antiquités de cette Ville. Il ſemble qu'on ait voulu déſigner par-là quelques fontaines ou ſources célébres dans le territoire de Tomes, aux Nimphes deſquelles les Tomitains attribuoient une origine fabuleuſe, les faiſant deſcendre, ſoit de Perſée, des Dioſcures, ou d'Apollon même; & c'eſt apparemment pour cette raiſon qu'ils ont orné leurs têtes d'étoiles.*

XIII. XIV. In aere mediocri valde rara ſunt Didii Juliani numiſmata. Simillimum huic *Reginae* exornat *Muſeum noſtrum.* Cernitur Didii Juliani elegans caput, corona radiata inſigne, cum hac in circuitu epigraphe: IMP*erator* CAES*ar Marcus* DID*ius* IVLIAN*us* AVG*uſtus.* Pergit eadem ab altera parte: P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* CO*nSul.* Pro typo Fortuna eſt, laeva tenens cornucopiae, dextra temonem ſupra globum. Verum haec inſtabilis Dea cito Julianum a gubernaculo Or-

XIII. XIV. Les *Médailles de Didius Julien ſont très-rares en moyen Bronze. J'en conſerve dans* mon Cabinet *une toute ſemblable à celle qui eſt ici deſſinée. On y voit ſur la premiére face la tête de Didius Julien, ornée d'une couronne radiale, qui reléve encore la mine majeſtueuſe de ce vieillard, avec la Légende ſuivante ſur le contour:* L'Empereur Céſar Marc Didius Julien, Auguſte. *Ses autres titres ſont gravés ſur le Revers en cet ordre:* Souverain Pontife, Jouïſſant de la Puiſſance Tribunicienne, Conſul. *Dans le Tipe la Fortune tient une corne d'abondance de la main gauche & de la droite un timon ou un gouvernail, poſé ſur*

 un

un globe. Mais cette Déesse inconstante ôta bientôt les rênes de l'Empire Romain à Julien, & lui procura même une mort funeste.

XV. XVI. Les *Médailles de Manlia Scantilla sont aussi extrêmement rares en moyen Bronze. En voici néanmoins une qui lui apartient; car sa tête y est représentée d'un côté, & de l'autre on la compare à la Reine Junon, sous les simboles de laquelle elle est dépeinte dans le Tipe avec un paon à ses pieds; & l'Inscription lui attribuë même le nom de cette Déesse. Mais cette nouvelle Junon, épouse du Jupiter Ausonien, perdit bientôt son mari aussi bien que son rang & son titre d'Auguste: payant ainsi bien cher la folie qu'elle avoit eu de solliciter son mari de se rendre dans le Camp des Prétoriens afin d'y acheter l'Empire à prix d'argent.*

XVII. XVIII. Les *Médailles de Pescennius Niger passent pour être fort rares en tous métaux; mais celles qui ont été frappées dans des Villes Grecques le sont encore plus. Je parle des véritables, & non pas des fausses & contrefaites; car il s'en trouve un bon nombre de ce dernier genre qu'on a voulu faire passer pour des Médailles frappées à Césarée de Cappadoce. Ainsi la belle Médaille dont il s'agit dans cet Article devient encore plus précieuse par cette raison. On y trouve sur la premiére face, autour de la tête de Pescennius Niger couronnée de laurier, une Légende Grecque, dont voici le contenu:* L'Empereur César Caius Pescennius Niger Justus, Auguste. *Le Revers a pour Tipe une Minerve qui court, avec un javelot dans la main droite, qu'elle semble prête à lancer, & tenant un bouclier de la main gauche. Voici de quelle maniere je lis la Légende qui est gravée sur le contour:* Des Arisbéens. *Arisbé étoit une petite Ville de la Troade, dont* Pline *fait mention au Liv.* V. *Chap.* 30. *en ces termes:* Ce golfe joint la côte de Rhoetée, sur laquelle sont situées les Villes suivantes, Rhoetée, Dardanium & Arisbé. *Presque toute cette côte orientale de la mer Egée favorisoit le parti de Niger. C'est pourquoi les Arisbéens firent graver la Minerve d'Ilium sur leur Médaille, pour signifier que cette Déesse protegeoit Pescennius Niger, & qu'elle feroit échouër les projets de ses Ennemis & Concurrens à l'Empire. Cependant la Fortune se déclara pour Sevére, & pour le coup Junon l'emporta sur Minerve.*

XIX. XX. Severe *vainquit avec le même bonheur le second de ses Competiteurs à l'Empire, savoir, Clodius Albin, auquel apartient la presente Médaille. J'en conserve une semblable dans*

Orbis Romani removit, ipsumque misere pessumdedit.

XV. XVI. Rarissima quoque in medio aere uxor Juliani Manlia Scantilla est, cujus caput in prima nummi sui parte exstat. Ipsa ab altera parte Junoni Reginae comparatur. Id & inscriptio testatur, & Deae stantis, cum volucre sua pavone ad pedes, effigies. At nova haec Jovis Ausonii conjux, trucidato marito, in ordinem redacta fuit, atque amisso Augustae nomine, stultitiae suae, qua propter opes maritum ad mercandum Imperium a militibus praetorianis inpulerat, poenas luit.

XVII. XVIII. Inter nummos Imperatorum in omni metallo, Pescennii Nigri rarissimi habentur. Praesertim vero rari sunt Graeci, de veris loquor, non de fictitiis & falsis, quales plurimi, praesertim quasi Caesareae Germanicae in Cappadocia sint cusi, occurrunt. Hoc vero numisma prorsus insigne est, atque juxta caput laureatum Pescennii Nigri hanc exhibet inscriptionem: ΑΥΤοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος ΠΕΣκέννιος ΝΙΓΡΟΣ ΙΟΥΣΤος Σεβαστός. i. e. *Imperator Caesar Cajus Pescennius Niger Justus Augustus.* Ab altera parte depingitur Minerva procurrens, dextra telo minax, laeva tenens clypeum. Inscriptionem sic lego: ΑΡΙΣΒέων. i. e. *Arisbeorum.* Fuit Arisbe Troadis oppidum, cujus mentionem facit *Plinius* Lib. V. Cap. 30. *Extra sinum sunt Rhoetea litora Rhoeteo & Dardanio & Arisbe oppidis habitata.* Ora autem fere omnis quae ad Orientem vergit, Pescennii Nigri aderat partibus, unde Minervam Iliacam Arisbei in hoc Pescennii nummo expresserunt, veluti faventem ipsi, atque hostes & competitores submoturam. Sed vicit Severi Afri fortuna, & in illa quidem caussa Minervam superavit Juno.

XIX. XX. Pari felicitate alterum competitorem, Clodium Albinum, submovit Septimius Severus. Albini nummus ex aere medio, qualem ipse quo-

quoque ſervo, nudum ejus habet caput cum titulo (quem doloſe illi conceſſerat Severus, ut interim Peſcennium in Oriente debellaret) Caeſaris. Legitur enim in circuitu: *Decimus* CLOD*ius* SEPT*imius* ALBIN*us* CAES*ar.* atque ab alia dein parte: CO*n*S*ul* III. Pro typo AEſculapii figura eſt: ſtat cum pallio atque baculo ſerpente circumvoluto; ut in argenteis quoque hujus Caeſaris nummis occurrit.

XXI. XXII. Ejus, qui utroſque vicit, ſibique & ſtirpi ſuae Imperium adſeruit, Septimii Severi nunc ſequuntur nummi. Hi collectionem hanc inſignem claudunt, neque ulterius *Petri Santes-Bartoli* perrexit opera. Omnes autem Romae vel in Coloniis cuſi ſunt, excepto ultimo, qui in Graecia ſignatus fuit. Agnoſcitur in antica parte juxta laureatum caput Severi, cum paludamento ad humerum dextrum, haec epigraphe: SEVERVS PIVS PERT*inax* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* XII. Ab altera parte legitur in cippo, adſtantibus hinc inde cum adtributis ſuis Hercule atque Baccho, CO*n*S*ul* III. LVD*os* SAEC*ulares* FEC*it.* Pertinet hic nummus ad annum U. C. 957. quo ſub Severo Ludi Saeculares VII. ex Senatuſconſulto facti ſunt.

XXIII. Nummus hic in *Muſeo Theupoliano* juxta caput Severi laureatum hac gaudet epigraphe: SEVERVS PIVS AVG*uſtus* P*ontifex* M*aximus* TR*ibunicia* P*oteſtate* XI. Ab altera parte pro typo eſt Dea Coeleſtis, uti vocabatur ab Afris atque Carthagine, leone vecta, prouti in denariis argenteis Severi paſſim occurrit. Adſcribitur: INDVLGENTIA AVGG. (i. e. AVG*uſtorum*) IN CARTH*aginem.*

XXIV. Ex nummo *Muſei mei*, adſtipulante *Theupoliano* p. 563. anterior nummi pars cognoſcitur. Legitur ibi juxta Severi caput laureatum: *Lucius* SEPT*imius* SEV*erus* PERT*inax* AV-

dans mon Cabinet. *La tête d'Albin y eſt dépeinte nuë ſur la première face, avec le titre de César, que Sevére lui avoit accordé pour l'amuſer & l'empêcher de rien entreprendre, pendant qu'il iroit en Orient combattre Peſcennius Niger. Voici le contenu de la Légende dont il s'agit:* Decimus Clodius Septimius Albin, Céſar. *L'on a ajoûté ſur le Revers:* Conſul pour la III. fois. *Le Tipe eſt une figure d'Eſculape, qui eſt debout avec un manteau & un bâton, autour duquel on voit un ſerpent: Tipe qui ſe trouve auſſi ſur les Médailles d'argent du même Albin.*

XXI. XXII. Les *Médailles qui ſuivent, juſqu'à la fin de cette Planche, regardent Septime Sevére, qui, par la défaite de ſes deux Concurrens, s'aſſura la poſſeſſion de l'Empire, tant à lui qu'à ſes deſcendans. Ainſi les Médailles de cet Empereur terminent la belle Collection qui fait le ſujet de cet Ouvrage; car* Santes-Bartolo *n'a pas pouſſé plus loin ſon travail. Les Médailles de Sevére qu'il s'agit maintenant d'expliquer, ont toutes été frapées à Rome, ou dans des Colonies, hormis la derniere, qui doit ſon origine à une Ville Grecque. La première face de celle que nous expliquons repréſente la tête de Sevére couronnée de laurier, avec une cotte d'armes ſur ſon épaule gauche, & cette Légende ſur le contour:* Sevére, Pie, Pertinax, Souverain Pontife, Exerçant la Puiſſance Tribunicienne pour la XII. fois. *Sur le Revers on remarque les figures d'Hercule & de Bacchus, que l'on reconnoit à leurs attributs avec un cippe au milieu, ſur lequel eſt gravée l'Inſcription ſuivante:* Conſul pour la III. fois, il a fait repréſenter les Jeux Séculaires. *Ainſi la preſente Médaille a été frappée l'an 957. de Rome; année dans laquelle les Jeux Séculaires furent célébrés à Rome ſous Sevére par décret du Sénat.*

XXIII. La *première face de cette Médaille eſt deſſinée dans le* Cabinet de Theupoli, *& on y lit ces mots autour de la tête de Sevére couronnée de Laurier:* Sevére, Pie, Auguſte, Souverain Pontife, Exerçant la Puiſſance Tribunicienne pour la XI. fois. *Le Tipe du Revers contient une image de la Déeſſe Céleſte, comme la nommoient les Carthaginois & les autres Africains. Elle y eſt dépeinte aſſiſe ſur un lion, de même qu'on la voit ſur pluſieurs déniers d'argent de Sevére, avec cette Légende écrite ſur le contour:* Bonté des Auguſtes envers Carthage.

XXIV. Je *connois ce qui eſt exprimé ſur la première face de cette Médaille, tant par une ſemblable que je poſſéde dans* mon Cabinet, *que par une autre dont on trouve le deſſein dans le* Cabinet de Theupoli *p.* 563. *Voici ce qu'on y lit* au-

autour de la tête de Sevére couronnée de laurier: Lucius Septime Sevére Pertinax, Auguste, Empereur pour la IIII. fois. *Sur le Revers, on voit Apollon debout & en habit de femme, qui tient une patére de la main droite & sa lire de la gauche, avec ces mots écrits sur le contour:* A Apollon Auguste.

XXV. La *Légende de cette rare & curieuse Médaille a été rongée en partie par la roüille; mais il est aisé de la rétablir par le moyen d'une Médaille d'or toute semblable du* Cabinet d'Inspruk, *qui a été publiée par* André Morel *dans son* Specimen, *Planche* VI, *N°.* 1. *&c. La Légende, qu'on y trouve gravée autour de la tête de Sevére couronnée de laurier, est exprimée de cette façon:* Sevére, Pieux, Auguste; *& on lit sur le Revers:* Consul pour la III. fois, Pere de la Patrie. *On remarque dans le Tipe une figure de femme, qui répand des grains de son giron, & qui tient de la main gauche une corne d'abondanee avec deux têtes de pavots & un épi. Au bas il y a cinq autres figures qui reçoivent les grains que la premiére répand; & dans la partie superieure du contour on a gravé ces mots:* Félicité du Siécle. *On peut consulter là-dessus le Commentaire de* Morel *dans l'endroit que nous avons cité, où l'on verra le grand soin qu'avoit Sevére de pourvoir à l'abondance des vivres.* Morel *raporte à ce sujet un passage de* Spartien, *dans la Vie de cet Empereur, Chap.* XXIII, *où cet Historien dit formellement, que* Sevére légua en mourant un si grand nombre de muids de blé, qu'on pouvoit en distribuer tous les jours, pendant sept ans, 75. mille boisseaux; qu'il laissa pareillement de l'huile en quantité suffisante pour en fournir, non seulement la Ville de Rome, mais même toute l'Italie, pendant cinq ans.

XXVI. En *joignant ensemble ce qui est écrit sur le contour, tant de la tête que du Revers, il s'en forme une Légende complette, qui contient les noms & titres suivans:* Lucius Septime Sevére, Pieux, Auguste, Souverain Pontife, Exerçant la Puissance Tribunicienne pour la XV. fois; Consul pour la III. fois, Pere de la Patrie. *Le Tipe représente Hercule débout dans un Temple à deux colomnes, & appuyé sur sa massuë, entre deux serpens qui se dressent sur leur queuë. On trouve souvent des Tipes de Bacchus & d'Hercule sur les Médailles de Sevére; parce qu'on vouloit insinuer par-là, que cet Empereur avoit égalé, ou même surpassé, les exploits de ces Dieux en Orient. Les deux serpens se raportent à l'enfance d'Hercule, & font allusion aux deux serpens envoyés par Junon pour le dévorer*

AVG*ustus* IMP*erator* IIII. Ab altera parte stat Apollo habitu muliebri, dextra pateram tenens, laeva citharam, cum hac epigraphe: APOLLINI AVGVSTO.

XXV. Rarissimus hic nummus, in quo pars inscriptionis rubigine laesa fuit, restitui potest ex aureo simillimo, quem ex *Thesauro Oenipontano* vulgavit atque depinxit *Andreas Morellius* in Specimine suo Tab. VI. Num. 1. &c. In antica ibi parte juxta Severi laureatum caput legitur: SEVERVS PIVS AVG*ustus*. ab altera vero parte: CO*n*S*ul* III. P*ater* P*atriae*. Depingitur vero mulier stans atque effundens fruges, laeva vero tenens cornucopiae cum duobus papaverum capitibus atque spica; in imo quinque cernuntur figurae fruges illas excepturae; pro typi autem intellectu desuper adscribitur SAECVLI FELICITAS. Quae ibidem commentatur *Morellius* inspici possunt, ubi docet, quam sollicitam annonae curam gesserit Severus, & quomodo (teste *Spartiano* in Vita ejus Cap. XXIII.) *moriens, septem annorum canonem, ita ut quotidiana septuaginta quinque millia modiorum expendi possent, reliquit; olei vero tantum, ut per quinquennium non solum Urbis usibus, sed & totius Italiae, quae oleo egeret, sufficeret.*

XXVI. Sociata simul & connexa epigraphe partis anterioris atque posterioris haec est: *Lucius* SEPTIMIVS SEVERVS PIVS AVG*ustus* P*ontifex* M*aximus* T R*ibunicia* P*otestate* XV. CO*n*S*ul* III. P*ater* P*atriae*. Hercules stans in Templo duarum columnarum, clavae suae innixus inter duos angues erectos. Videlicet in nummis Severi saepius Bacchi atque Herculis occurrunt typi, quod ipse horum Deorum res, in Oriente olim gestas, vel aequasset vel superasset. Duo illi angues ad pueritiam Herculis laboremque cunarum spectant, quum adrepentes angues duos manibus elisisset. Ipse vero quie-

quiescit clavae suae innixus utpote exantlatis laboribus.

XXVII. Rarum hunc nummum explico de donativo, quod anno U. C. 955. expendit in milites L. Septimius Severus, quum Antiochiae Consules procederent Severus III. & Antoninus filius prima vice. Quare scribi in nummo videtur: AVGVSTI COn-Sules. Nisi forte exciderit vox LIBeralitas, atque numerus Consulatus Severi. Sedent vero in substructione pater & filius Imperatores, adstantibus Dea Liberalitate atque Praefecto Praetorio.

XXVIII. Vidimus modo sedentem cum Antonino, filio natu majore, qui & Bassianus, & passim Caracalla vocatur, Severum, hic vero cum utroque filio Antonino, Bassiano scilicet atque Geta, adstante Praefecto Praetorio, sedens in substructione pro simili aliqua beneficentia depingitur. Adscribitur: FELICITAS SAECVLI.

XXIX. Elegans hic nummus pontem exhibet turribus munitum, in quibus armati consistunt milites ab utraque parte, nisi sint statuae ad ornamentum. Subtus est navicula per pontem transiens. Inscriptio ab utraque parte conjuncta haec est: SEVERVS PIVS AVGustus Pontifex Maximus TRibunicia Potestate XVI. COnSul III. Pater Patriae. Pertinere typum putant ad expeditiones Britannicas, in quibus pontium structuras crebro facere instituit, unde inter laudes bellicosi hujus Principis scribit *Herodianus* Lib. III. Cap. XIV. p. 169. Μάλιστα δὴ γεφύραις διαλαμβάνειν ἐπειρᾶτο τὰ ἑλώδη χωρία, ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες οἱ στρατιῶται ῥᾳδίως τε αὐτὰ διατρέχοιεν, καὶ ἐπ' ὀχυροῦ βήματος ἑδραίως ἑστῶτες ἐμάχοιντο. i. e. *Sed inprimis tamen curae habuit pontibus occupare paludes, ut stare in tuto milites possent, atque in solido praeliari.* Verum longe alia ratio videtur esse pontium ejusmodi, qualis in hoc nummo depingitur, arcuati videlicet, super aquam, sic ut per arcum trans-

vorer dans son berceau, mais qu'il étouffa dès-lors entre ses mains selon la fable. Ce Heros est ici dépeint se reposant, sur la massuë, comme ayant achevé glorieusement ses travaux.

XXVII. Cette *rare Médaille regarde, selon moi, la largesse que Severe fit l'an* 955. *de Rome aux Soldats, lorsqu'il entra dans son troisième Consulat à Antioche, & son fils Antonin dans son premier. C'est pourquoi la Légende semble être exprimée de cette sorte :* Les Augustes Consuls; *à moins que le mot de* Liberalité *n'ait été consumé par la roüille, de même que le nombre du Consulat de Severe. Les Empereurs, pere & fils, sont assis dans le Tipe sur un tribunal, accompagnés de la Déesse Liberalité & du Préfet du Prétoire qui sont debout auprès d'eux.*

XXVIII. Nous *venons de voir dans le Tipe de la précédente Médaille, Sevère assis sur un tribunal avec Antonin son fils ainé, (qu'on nommoit aussi Bassien, & plus ordinairement Caracalla) pour y faire quelque largesse; cet Empereur est encore ici dépeint assis de même avec ses deux fils, Bassien & Geta, comme pour exercer quelque beneficence semblable. L'on y voit aussi le Préfet du Prétoire, qui est debout, à son ordinaire, auprès des Princes. L'Inscription porte:* Félicité du Siécle.

XXIX. Cette *belle Médaille a pour Tipe un pont fortifié de tours aux deux extrèmités; & sur chaque tour il y a des Soldats armés, à moins que ce ne soient des statuës qu'on y avoit placées pour l'ornement. Au bas on aperçoit une petite barque qui passe sous le pont. La Légende entiere, c'est-à-dire, tant de la tête que du Revers, contient ce qui suit:* Sevére, Pieux, Auguste, Souverain Pontife, Exerçant la Puissance Tribunicienne pour la XVI. fois, Consul pour la III. fois, Pere de la Patrie. *Plusieurs Antiquaires croyent que ce Tipe concerne l'expédition de Sevére dans la Bretagne, où il fut souvent obligé de construire des ponts. C'est pourquoi* Herodien, *parmi les autres louanges qu'il donne à ce Prince belliqueux, parle de lui en ces termes au Liv.* III. Chap. XIV. *p.* 169. Mais son principal soin fut de faire construire des ponts dans les marais, afin que les Soldats pûssent combatre de pied ferme & avec plus de sûreté. *Mais le pont qui est dépeint sur notre Médaille paroit être d'une toute autre nature que ceux-là; car il est fait en voute ou en arc sur l'eau, tellement que les bateaux puissent passer dessous. Au lieu que les ponts, que l'on pratique dans les marais, ne sont*

point

point construits de la sorte; car on les fait tout plats, & afin qu'en joignant plusieurs de ces ponts ensemble, les Soldats puissent se tenir commodément dessus, & y combatre comme sur un terrain solide. Je crois donc que notre Tipe se raporte plutôt à quelque autre ouvrage plus durable & plus magnifique, fait par l'ordre de Sevére; savoir, à quelque beau pont, construit sur un fleuve ou sur quelque riviére considerable, & flanqué de fortes tours au deux extrèmités, ainsi qu'on le voit sur notre Médaille.

XXX. Le *Tipe de la presente Médaille se raporte à une glorieuse victoire que Sevére remporta sur les Bretons pendant le cours de sa* XVII. *Puissance Tribunicienne. C'est pourquoi l'on y voit la Victoire assise sur des boucliers, & avec un trophée devant elle. Cette Déesse tient de plus une palme de la main droite, & de la gauche un bouclier, qui est posé sur son genou, & sur lequel on trouve ordinairement cette Inscription:* Victoires des Augustes.

XXXI. Cette *Médaille a été frapée à Rome, l'an* 956 *de sa fondation, lorsqu'après la mort de Plautien on fit dans cette Capitale de l'Empire des Vœux décennaux pour le salut de l'Empereur.* Mezzabarba *n'a point eu connoissance de la Médaille dont il s'agit dans cet Article, non plus que de plusieurs autres qui ornent ce beau* Cabinet de la Reine Christine: *mais on trouve le dessein d'une Médaille semblable dans le* Cabinet de Theupoli *p.* 569, *où l'on raporte ainsi la Légende qui est autour de la tête de Sevére couronnée de laurier:* Sevére, Pieux, Auguste. *Le Revers porte l'Inscription suivante dans la Médaille de* la Reine: Vœux faits pour dix ans. *Il y a dans le Tipe sept figures debout, qui sacrifient devant un Temple à six colomnes, outre un Pope qu'on voit auprès de la victime.*

XXXII. On *fait mention sur cette Médaille de la* IIII. Liberalité des Augustes. *La Déesse Liberalité est dépeinte dans le Tipe à l'ordinaire, c'est-à-dire débout, avec un mereau & une corne d'abondance. Il semble que cette Liberalité ait été exercée lorsque Sevére s'associa Antonin Caracalla, son fils ainé, à l'Empire, l'ayant aussi fait Consul en même tems; savoir l'an de Rome* 955.

XXXIII. XXXIV. Nous *en sommes présentement aux Médailles de Sevére frappées dans des Colonies. La premiére doit son origine aux Corinthiens, comme nous l'apprenons par l'Inscription*

transire naves possint; quam pontium quibus paludes sive loca paludosa occupantur, in quibus arcus ejusmodi haud esse solent, neque ipsi pontes arcuati, sed plani magis, sic ut pluribus simul junctis, firmiter iisdem insistere milites, tamquam in stabili solo, possint. Hinc existimo insigniorem aliquam Severi fabricam innui, pontem videlicet super fluvium jactum validisque ad extremitates utrimque (ut in hoc nummo cernitur) firmatum turribus.

XXX. Quum Tribuniciam potestatem XVII. gereret Severus, victoria illi de Britannis contigit. Respicit typus hujus nummi ad eamdem Victoriam, quae scilicet clypeis insidens, dextra tenet palmam, laeva super genu clypeum sustinet, qualibus victoriae Augustorum inscribi solent; ante illam erectum stat tropaeum.

XXXI. Signatus Romae fuit hic nummus anno U. C. 956. quum post Plautianum occisum Vota Romae decennalia susciperentur. *Mediobarbo* autem hic nummus, ut & plurimi alii in hac Illustri Collectione, fuit incognitus; verum similis servatur in *Museo Theupoliano*, ubi p. 569. circa laureatum Severi caput haec dicitur esse inscriptio: . . . SEVERVS PIVS AVG*ustus*. Inscribitur aversa pars in *Reginae* nummo: VOTA SVSCEPTA DECENN*alia*. Stant ante Templum sex columnarum septem figurae sacrificantes, & praeterea victimarius cum hostia.

XXXII. Laudatur in hoc nummo LIBERALITAS AVGG. (i. e. AVG*ustorum*) IIII. Typus est Liberalitas stans cum tessera & cornucopiae. Quae quidem liberalitas exercita fuisse videtur, quum Severus Imperii consortem, communicato quoque illi Consulatu, adscisceret filium natu majorem Antoninum, qui deinde vulgo dictus fuit Caracalla, videlicet anno U. C. 955.

XXXIII. XXXIV. Succedunt Severi in Coloniis cusi nummi, ex quibus primus hic Corinthi signatus fuit, uti inscriptio posterioris partis

tis docet. Pro typo eſt civis quondam Corinthius, Heros Bellerophon, Chimaeram ex equo Pegaſo oppugnans.

XXXV. Post mortem Severi nummus hic cuſus eſt. Docet id nos inſcriptio partis prioris, juxta Severi laureatum caput: DIVO SEVERO. apud *Jo. Vaillantium* Tom. II. p. 16. Ab altera parte ſuperbiſſimum, quod pluribus columnis a fronte & a lateribus exornatum fuit, cernitur Templum cum hac inſcriptione: COL*onia* HEL*iopolis* Iovi *Optimo* M*aximo* H*eliopolitano.* Ipſum illud Templum Jovis Heliopolitani hic depingitur, de quo vide *Jo. Vaillantium.* Heliopolis Coeleſyriae urbs exſtitit.

XXXVI. Scribitur in antica nummi parte juxta Severi caput laureatum: SEVERVS PIVS AVG*uſtus.* Ab altera parte: ANTIOCHENS*is* COLO*nia.* Depingitur autem Genius urbis, videlicet figura muliebris dextra pateram tenens, laeva cornucopiae. Pertinet vero ad Antiochiam Piſidiae.

XXXVII. XXXVIII. Phoeniciae urbs Berytus, in hujus nummi typis benevolentiam Principum Romanorum captavit, ab altera enim parte radiatum Severi caput, ab altera laureatum filii ejuſdem Antonini expreſſit. Epigraphe prioris partis eſt: *Lucius* SEPT*imius* SEVERVS AVG*uſtus.* Poſterioris partis: ANTONINVS CAES*ar*, ſic enim integre ſcribitur apud *Jo. Vaillantium* Tom. II. p. 4. Ante Antonini faciem aquila eſt. Colonia quae nummum ſignavit in priore parte hanc vocem ſcripſit: CO L*onia*, in poſteriore: BER*ytus.* Nummum hunc percuſſum arguit inſcriptio, poſtquam Caeſaris nomen filio Antonino Baſſiano tribuiſſet Severus. Quare aquilam ad faciem Antonini adpoſuerunt, in quo ſcilicet juvene virtus patris ſenis revireſceret.

XXXIX. XL. Graecus hic nummus Severi nummos claudit, & ſimul fi-

tion du Revers. Le Heros Bellerophon, que la Ville de Corinthe faiſoit gloire de compter pour un de ſes Citoyens, eſt dépeint dans le Tipe, monté ſur le cheval Pegaſe & combatant la Chimére.

XXXV. La *Medaille de cet Article à été frapée après la mort de Sevére, comme le temoigne la Légende de la premiére face; car, au raport de* Vaillant *Tom.* II. *p.* 16, *on y trouve ces mots écrits autour de la tête de cet Empereur couronnée de laurier:* Au Divin Sevére. *Le Revers repréſente un Temple fort ſuperbe, dont le frontiſpice & les côtés ſont ornés de pluſieurs colomnes, avec cette Légende ſur le contour:* La Colonie Heliopolis à Jupiter Heliopolitain, très-bon & très-grand. *C'eſt le Temple même de ce Jupiter Heliopolitain qui eſt ici dépeint. Sur quoi l'on peut conſulter* Vaillant *à l'endroit cité. Heliopolis étoit autrefois une Ville de la Céléſyrie.*


XXXVI. Voici *la Légende qui eſt gravée ſur la premiére face de celle-ci autour de la tête de Sevére couronnée de laurier:* Sevére, Pieux, Auguſte. *Celle du Revers eſt ainſi conçuë:* La Colonie d'Antioche. *Il s'agit ici d'Antioche de Piſidie. Le Génie de cette Ville eſt repréſenté dans le Tipe ſous la figure d'une femme, qui tient une patère de la main droite & de la gauche une corne d'abondance.*

XXXVII. XXXVIII. La *Ville de Beryte a voulu par cette Médaille faire ſa cour aux Empereurs Romains, pere & fils; car elle y a fait graver, d'un côté la tête de Sevére ornée d'une couronne radiale, avec cette Légende autour:* Lucius Septime Sevére, Auguſte. *De l'autre côté elle a fait repréſenter la tête d'Antonin, fils de cet Empereur, avec une aigle devant ſa face. De plus la tête de ce jeune Prince eſt couronnée de laurier, & ſur le contour on remarque la Légende ſuivante:* Antonin Céſar; *car c'eſt ainſi que cette Légende ſe trouve exprimée chez* Vaillant, *Tom.* II. *p.* 4. *Ce qui fait connoitre que cette Médaille apartient à Beryte, Ville de Phenicie, c'eſt qu'on y trouve écrit d'un côté* COL, *& de l'autre* BER; *ce qui ſignifie,* la Colonie de Beryte. *La Légende qui eſt autour de la tête de Baſſien Antonin prouve clairement que cette Médaille n'a été frapée qu'après que ſon Pere lui eût conferé le titre de Céſar. Quant à l'aigle qu'on voit dépeinte devant ſa face, on a voulu inſinuer par ce ſimbole, qu'on verroit renaître dans le fils la valeur & toutes les autres vertus du pere.*

XXXIX. XL. Nous *voici enfin parvenus à la dernière Médaille de cette Planche, & par conſequent*

quent à celle qui termine la magnifique ſuite de Médailles que nous nous étions chargés d'expliquer. Cette derniére Médaille de Sevére a été frapée, comme nous avons déja dit, dans une Ville Grecque, ſavoir, à Abydos ſur l'Helleſpont. La tête de cet Empereur y eſt dépeinte couronnée de laurier & avec une cotte d'armes ſur les épaules. Le contour eſt chargé d'une Légende Grecque, dont voici le contenu: L'Empereur Céſar Septime Sevére Pertinax. *On lit ſur le Revers:* Des Abydéniens. *Dans le Tipe on voit Hero ſur une tour avec une torche à la main; & en bas on aperçoit ſon cher Léandre qui fend les ondes de ſon mieux en nageant, dans l'impatience où il eſt de ſe rendre auprès de cette belle. Les Abydéniens ont ſouvent célébré la gloire de ce fidéle couple d'Amans, par un pareil Tipe ſur leurs Médailles. Mais, puiſque le* Cabinet de la Séréniſſime Reine Chriſtine *finit ici, il eſt tems auſſi de mettre fin à notre Commentaire.*

finem praeſtantiſſimae hujus Collectionis facit. Ab Abydenis ad Helleſpontum ſignatus fuit. Juxta caput laureatum Severi, cujus humeri paludamento ornantur, haec leguntur: ΑΥΤοκράτωρ ΚΑΙσαρ ΣΕΠΤίμιος ΣΕΥΟΗΡΟΣ ΠΕρτιναξ. i. e. *Imperator Caeſar Septimius Severus Pertinax.* Ab altera parte ſcribitur: ΑΒΥΔΗΝΩΝ. i. e. *Abydenorum.* Stat ibi in turri Hero facem dextra praeferens, ad quam properat natatu Leander. Haud infrequens horum amantum fides & gloria Abydenorum nummos typo ſuo inplere ſolet; ſed, quoniam finem hic facit *Sereniſſimae Reginae Chriſtinae Muſeum*, nos quoque properantes ad alia, huic operae finem inponimus.



AVIS AU PUBLIC.

Juſqu' au I. du Mois d'Avril 1742. on trouvera à la Haye chez P. de Hondt le Theſaurus Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiae, Neapolis, Siciliae, Sardiniae, Corſicae, Melitae en 45. Volumes, Fol., en Petit Papier pour 250. Florins; & en Grand Papier pour 350. Florins. Ceux qui ont déja les ſix prémiers Volumes pourront acquerir les XXXIX. ſuivans en Petit Papier pour 210. Fl., & en Grand Papier pour 310. Fl.: Mais après le Terme indiquè cet Ouvrage ſera vendu de la maniére ſuivante, ſavoir les XLV. Volumes en Petit Papier pour 400. Florins, & en Grand Papier pour 540. Florins; les XXXIX. Volumes en Petit Papier pour 350 Fl., & en Grand Papier pour 480 Florins. Le même Libraire vient d'imprimer Les Remarques Hiſtoriques, Critiques, & Philologiques ſur le Nouveau Teſtament, par Mr. De Beauſobre le Pere, 2 Vol. 4. -- Le ſecond Volume de l'Attaque & de la Défenſe des Places par le Maréchal de Vauban, avec une Table générale pour les deux Volumes, & des Figures. 4o. La Geographie Ancienne Sacrée & Prophane par Mr. Hornius; Fol. La Ste. Bible, Nouvelle Traduction, faite ſur les plus anciens MSS. de l'Europe, par Mr. Le Cene 2. Vol. Fol. Le même Livre Grand Papier. Les Diſcours ſur la Bible par Mrs. Saurin, Roques, & Beauſobre, avec les belles Figures de Picart, 6 Vol. Fol. Les mêmes Diſcours en XI. Volumes. 8o. La Bibliotheque Britannique XXXV. Parties, & Jo. Harduini Commentarius in Novum Teſtamentum; Fol. idem Liber Ch. Maj. Ant. Matthaei Analecta Veteris aevi, 5 Vol. 4. idem Liber Ch. Maj.

On trouve chez le même Libraire les trois Ouvrages ſuivans, qui ſont dignes d'un Roi.

La Sainte Bible, repréſentée en Eſtampes par les plus fameux Maîtres de l'Europe, tant Anciens que Modernes, au nombre de 15000. Piéces, rangées en 175. Volumes, reliez en Carton, de Forme Atlantique.

L'Ouvrage du célèbre Sebaſtien Le Clerc, Deſſinateur & Graveur de Louis XIV. & de l'Académie Royale de Peinture, Sculpture, & Gravée, conſiſtant en 2550. Piéces, qui ſont de la derniere Magnificence. en 4. Gros Volumes reliez en Maroquin.

Un Manuſcrit très-curieux, très-intéreſſant, & qui eſt de la derniere importance, ſavoir un Journal exact de tout ce qui s'eſt paſſé dans la Chambre Haute du Parlement d'Angleterre, depuis les Tems du Roi Henry VIII. en 1509. juſques à la Mort du Roi George I. en 1727. en 93. gros Volumes in Folio. Pluſieurs Réſolutions priſes dans cette Auguſte Aſſemblée ſont conçuës en Latin, d'autres en François, & le reſte en Anglois.



